Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Aristophanis comici clarissimi Nebulae

https://hdl.handle.net/1874/273589

# ARISTOPHANIS COMICI CLARISSIMI NEBVLAE LAMBERTO HORTENSIO

Montfortio interprete.




VLTRAIECTI.

Hermannus Borculous excudebat. Anno
1557.

Cum gratia & priuilegio.

# ORNATISSIMO VIRO D. IACOBO VVTENENGO, DECANO AD DIuum Petrũ, & Vicario epiſcopi Vltraiectini. Lambertus Hortenſius Montfortius S. D.

DIſputatum aliquando à viris quibuſdam eruditis in vmbra eſt, vir ornatiſsime, plusne boni, an mali, vtilitatiſne, an incommodi olim philophi reipub. Athenienſi attulerint, cũ toto orbe, cum aliȷs multis nominibus, tũ philoſophiæ ſtudio celebris haberetur. Confluebant eò tanquam in emporium rerum venalium ex omnibus mundi plagis, vel ſtudiorum cauſſa, vel oſtentandi ingenij gratia, vt, quemadmodum in negotiationibus fieri videmus, mercem ibi ſuam extruderent. Et quia nulla fermè vrbs, aut regio eſt, quin ſua peculiaria habeat vel vitia, vel virtutes, quibus malè audiat, aut cõmendetur, iuxta parœmiam, νόμοσ καὶ χῶρα, non potuit non fieri quin quiſq; aliquid patriæ ſaliuæ, ſuæ doctrinæ admiſceret. Pœni perfidi, Scythæ aſperi, Cretenſes mendaces, Parthi fugaces, Arcades ſtolidi, Thraces bibaces, Leontini luxurioſi, Mileſij effœminati audiebant. Et ne infinitas gentes enumerãdo proſequar, ex his aliȷſq; barbaris regionibus Athenas profecti, colluuiem quandam effecere. Eoq; amentiæ fanatici quidam rapti fuere, vt rerum naturam inuertere niterẽtur, & prima principia, quæ nobiſcum naſcuntur, & in omnem generis humani poſteritatem propagãtur, extinctum irent. Nam quam per ſomnium inſaniam, aut ſtultitiã animis conceperant, eam ſtatim gryphis perſuadere auditoribus, adeoq; pertinaciter defendere, vel capitis periculo, vt ita rebus fidem facerẽt, aggrediebantur, vt citius bonis, quam opinione ſemel cõcepta ceſſuri viderentur. Hi cum maximè gloriam contemnerent, & de eius contemptu diſſererent, glorioſum ſibi tamẽ arbitrabantur, placita priorum ſapientum, ac philoſophorum, omnium conſenſu firmata labefactare. Itaq; in tanto examine philoſophorũ Athenienſes quid, aut quem ſequerẽtur? cum tot, tamq; diuerſis opinionibus eorum animi imbuti diſtraherentur? Neq; verò illos

ſolum, ſed etiam maximos reges ſua amentia & errore fanatico impleuere, vt eorum (quod mirum) amicitiam non tantum per literas ambirent, ſed etiam ad fortunarum ſuarum communionem honorificè inuitarent. Pherecydes natione Syrus, Pythagoræ illius magni præceptor, circa ſexageſimam nonam olympiadem magnus vates, ſiue magus potius opinionē de religione gentilium hominum, ſed iam tum vulgò omnium animis impreſſam cōfirmaturus, primus de dijs, & rerum principio librū ſcripſit. In quorum poſteriori, Iouem, Tempus, & Tellurē idem numen, & ab æterno fuiſſe contendit. Anaxagoras cœlum affirmare auſus fuit ex lapidibus conſtructum, homo Anticyram, vt elleborum bibiſſet, ablegandus. Et quod multo magis ridiculū eſt, niſi mirabili celeritate ab ortu in occaſum raperetur, magno caſu ruiturū, Archelaus, qui primus phyſicen in vrbem inuexit, nihil veritus fuit affirmare, vt eſt amentia, iuſtum, & turpe, non natura, ſed lege cōſtare. Pyrrho Helięſis, princeps Aporeticorū, Ephecticorū Zoteticorū, & Scepticorū, cū nihil vellet affirmare dixit, nihil cōpræhendi poſſe. Idē contendit, nihil eſſe iuſtū, aut iniuſtum: nihil eſſe turpe, aut honeſtum: & vt ſummatim dicam, nihil verè eſſe in omnibus. Nil intra eſt oleam, nil extrà eſt in nuce duri. Omnia item homines facere lege & conſuetudine tantum. Ad hæc neſciri, quid natura eſſet bonum. Atq; iſti Sçeptici omniū philoſophorum dogmata id genus paradoxis ſubuertere conabantur. Antiſthenis, qui primus cynicā ſectam condidit, diſcipulus Diogenes cenſuit Logicam, & phyſicā philoſophiam prorſus è ſcholis explodēdam. Atq; hi cynici omnes artes liberales vno ore damnabant. Neq; mirum id, cum Antiſthenes dixiſſet, literas non eſſe diſcendas. Idem muſicam, geometriam, aliaſq; pulcherrimas artes reiecerat. Cynicorū exemplum, & temeritatem ſequutus Zeno Citticus, cum artes liberales, vt inutiles negligendas præcepiſſet, à Caſsio Scepſio graui actione in iudicio accuſatus fuit. Errorē hunc error alius, vt anſa anſam traxit. Vxores omnes communes eſſe iuſsit, neq; commiſit ſacra, aut iudicia, aut gymnaſia in vrbe erigi. Ad hæc voluit viros ac fœminas promiſcuè eadem vti veſte. Atq; inter hæc

Stoico-

Stoicorum paradoxa, hæc erant, quod honeſtum, id ſolum eſſe bonum: peccata æqualia eſſe: mundũ à nullo gubernari: omnẽ diuinationem, hoc eſt, præſenſionem, & ſcientiam rerum futurarum inter homines verſari: negauit id Panætius, qui omnia vaticinationum genera, vt per ſortes, exta pecudum, auguria, aſtrologorum prædictiones, & ſomnia ſuſtulit. Quid ariſtippus? nonne voluptatem ſummum bonum ſtatuit? etiam a rebus turpiſſimis profectam? Ex hoc fonte Cyrenaici manarunt, qui corporis voluptates, animi voluptatibus præſtare aſſerebant. Iſti phyſicen damnabant, quod (vt ipſi aiebant) nõ poſſet apprehendi. Ab his diſſentiebant Hegeſiaci, qui animam vnà cum corpore puniri, multaq; abſurda alia tuebantur. Quid Epicurus ſtrenuus voluptatis aſſertor? cum ſeorſim nouam ſectam vellet cõdere, voluptatem eſſe dixit, principium, & finem vitæ beatæ: nõ nepotum, ne quid erres, non aſotorum, qui abdomini indulgẽt, voluptatem, vt ipſe interpretabatur, ſed corporis vacare dolore: tranquilla, & recta frui conſcientia: nulliſq; perturbationibus inquietari. Itaq; duas res is voluptati ſubijciebat, læticiã in animo, & commotionẽ ſuauem iucunditatis in corpore. Hanc autẽ Chryſippus homo acutus indifferentem eſſe voluit. Exortus Theodorus, à quo Theodorei dicti fuerũt: homo nefarius, mõſtroſus, maledicus, & impius, qui omnem opinionem de dijs ex hominum animis ſuſtulit. Inter huius paradoxa, hæc enumerãtur: ſapientem virum furto, adulterio, & ſacrilegio operam dare debere ſuo tempore ac loco. Nec horũ quicquam natura eſſe turpe, modo ſtultorum, & imperitæ plebis falſa exiſtimatio tantum è medio tolleretur. Amicitiam nullam eſſe debere: ſapientem in publico præſentibus arbitris, & quidem ſpectantibus, ſine fronte cum ſcorto coiturum. Licet ob iſta paradoxa meritò ab Athenienſibus impius iudicatus fuerit, inuenit tamen adhuc ſuæ nequitiæ applauſores, vt labra ſimiles lactucas. At Meliſſus verecundius opinatus fuit: nam cum neq; affirmare, neq; negare deos eſſe auderet, nihil definiendum de ijs aiebat. Sed Protagoras audacius fecit, ſi modo audacia ea res ſit dicenda, ac nõ temeritas, aut impietas potius, quod nequiuerit ſtatuere, dij ne eſſent,

eſſent, an non. Quamobrem rectè à principibus ciuitatis ex vrbe exturbatus fuit: libri eius publicè in foro exuſti: ædes ciuiū à præcone exploratæ, nuncubi eorum qua exemplaria abſtruſa eſſent. Cum igitur his aliiſq; innumerabilibus prodigioſis opinionibus, non modo plebs, verumetiam primores verſarentur, factum, cur ad ſaniorem philoſophiam aures vtraſq; præcluſas haberent. Poſtquàm verò Socrates parens philoſophiæ, de quo Pythiæ teſtimonium huiuſmodi à Chærephonte allatum fuit. ἀνδρῶν ἁπάντων σωκράτης σοφώτατος. profiteri cœpit, magnam inuidiam principum ciuitatis, ſed præcipuè Anyti & Meliti ſibi conflauit. Inuidioſum erat oraculū, vnum ſapientiſſimū omniū mortalium appellari, vt Ariſtidi, cognomentum, Iuſti. Deinde eam inuidiam exaggerebat doctrina noua, de immortalitate animorum, de vita æterna, de Deo, de pœna ſceleratorum poſt mortem, & piorum pręmiis, ipſorum deos dæmones eſſe. Accedebat ad hæc, quod liberrimè illorum faſtum, & philautiam inſectaretur. Itaq; à Melito impietatis in deos in iudicio accuſatus fuit: tum autē, quod iuuentutem noua doctrina infectam corrumperet. Anytus verò homo natura arrogans non ferens Socratis in ſe ſcommata, petulantiam & dicacitatem, Ariſtophanē comicum grandi pecunia corruptum huc induxit, vt aduerſus eum drama ſcriberet. Suſcepit prouinciam comicus, & in eum has ædidit Nebulas, virulētis ſycophantiis refertas. In his Socratem Nubes ſolas deas, vt rerum omnium architectrices admirātem, & cauſſas malas docentem perorando reddere bonas inducit. Hanc fabulam latinitate donatam vir ornatiſſime tibi dedicauimus. Delectaberis legendo, cum propter elegantem eruditionem, tum ob lepores, & ſales ad riſum concitandum. Et ne quid lectorem vſquam remoretur, annotationibus obſcuriora illuſtrauimus. Habet hoc plus gratiæ hæc noſtra verſio, ꝙ carmine comico reddita ſit, ne quid vſquam græcæ phraſis Latinam puritatem contaminaret. Vale.

¶NEBV-

## ¶ NEBVLARVM SIVE NVBIVM ARIſtophanis, Comici clariſſimi, argumentum.

*CVm Anytus & Melitus infeſtiſſimi Socratis inimici per inuidiam eum perditum cuperent, animaduertentes ſe illum nulla ratione ledere poſſe, grandi pecunia Ariſtophanem comicum corrumpere hac lege aggreſſi ſunt, ut in eum Comœdiam ſcriberet. Hac mercede inductus poëta, quendam Strepſiadē ſenem propudioſum, qui filij prodigalitate in equis alendis, ære alieno obnoxius erat, inducit. Rebus in hunc modum ex compacto inter ipſos conſtitutis, Strepſiades ſenex cùm non perſpiceret ſatis, quid de ære alieno ſtatueret, & qua uia inde ſe explicaret, ex tempore conſilium capit, de filio ſuo Phidippide in diſciplinam Socrati tradendo, ut ab eo iniuſtam dicendi facultatem diſceret: quò ea potiſſimum uia, malam cauſſam faciendo bonam, fœneratores, & in uniuerſum omnes creditores eluderet. Vrget pater improbis precibus filiū Phidippiden, uerùm is induci non potuit, ut ſcholam Socraticam frequentaret. Senex hic ſpe ſua fruſtratus de filio, aliam uiam tentandam duxit. Nulla ætatis habita ratione, cùm non reputaret, quàm indecorum, & deforme uideretur, hominem ſenio confectum, quaſi uiridi florentiq; ætate adoleſcens eſſet, extræma ſenectute incipere literas diſcere, ſed hoc unum ſpectaret ſolum, qui creditores perſuadendi uia ſua pecunia defraudaret, ipſe Socratem adijt. Verùm cùm ingenio adeo eſſet bardo ac ſtupido, ut prorſus nihil aſſequeretur, maneretq; idem ingenio, qui fuerat, antequàm ſe ī̄n diſciplinam traderet, de profectu ſtudiorum planè deſperare cœpit, & in totum ſibi diffidere. Rurſum filium magnis tum precibus, tum pollicitationibus adoritur, ut patri morem gerens Socratis auditoribus ſe intermiſceat. Recipit id ſe facturum filius, & ſcholam frequentare occipit. Conſtat autem hæc fabula ex choro Nebularum. Nam cùm Socratis accuſationē contineat, fingit poëta eum, communibus Dijs repudiatis, nouos deos. Aërem, Nubes, & id genus nugas exiſtimare ac conſtituere.*

### ¶ Fabulæ huius perſonæ.

| | | |
|---|---|---|
| Strepſiades. | Socrates. | Chorus Nebularum. |
| Diſcipulus Socratis. | Iniuſta oratio. | Fœnerator Paſias. |
| Iuſta oratio. | Alter fœnera. | Chærephon. |
| Teſtis. | Amynias. | |
| Phidippides. | Famulus Strepſiadæ. | |

## ¶ Argumentum.

DAt filium pater inſtituendum Socrati,
Cauſſas bonas diſcat quo iniquas reddere.
Grauatus ære pendat ut nihil ſuis
Ita creditoribus ſenex malè callidus.
Reuerſus è ludo ſub iſta filius,
Patrem occipit pulſare fuſtibus ſuum,
Probatq; iure licere facere id. cur ſenex
Iratus illico Socratis incendit ſcholam.

## ¶ Strepſiades.

EHeu, eheu.
O Iuppiter rex, iſta nox ut eſt nimis
Quàm longa: nunquam aliquando erit tandem dies!
Atqui canentem gallum ego iam dudum audio: &
Altum famuli ſtertunt adhuc: at non [a] prius.
Malè diſpereas [b] bellum impium, idq; ob plurima.
Namq; haud licet famulos mihi domeſticos
Punire. ſed ne quidem bonus expergiſcitur
Nocte hic adoleſcens ſcilicet, at pedit grauè,
Quinq; inuolutus pellibus. quin ſi placet
Stertamus intecti probè. atqui haud queo miſer
Dormire ego, qui infœlix grauiter à ſumptibus
Præmordiar, & præſepibus, atq; debitis,
Propter meum gnatum hunc. comam cùm is nutriat
Enim inequitat, ſus deq; agitur ſuis iugis:
[c]Equosq; ſomniat: interim ego pereo miſer,
[d] Vigeſimam cùm adeſſe lunam conſpicer,
Et fœnora procedunt. eho puer mihi
Accende lucernam ocyus, & huc effer, ut legam
Meum libellum, creditoribus quibus,
Quàm debeo item multis, uti ſub calculum
Fænora uocem. age quin iam uideam, quid debeo,
Huic Paſiæ minas duodecim. atqui enim
Cur Paſiæ minas duodecim? quid hinc
Mihi comparaui commodi? quid obſecro?
Quia [e] coppatiam emi hunc. Ve miſero mihi ter quater,
Vtinã priuſquam emerem, hunc oculũ uel tegula
Ego effodiſſem peſſimum.
Phi. Philo facis iniuriam. age curſum tuũ ipſius
Str. Hoc, hoc mali eſt, quod perdidit me turpiter.
Et dormiens equeſtre ſtudium ſomniat.

a Prius. ſemiſopitus hoc, recidens in ſõnũ dicit.

b Bellum, Cum enim Atheni. aduerſus Lacedæmonios bellum haberent, cautum fuit, ne quis ſeruos delinquẽtes puniret, ne ad hoſtes transfugerent.

c Equos. quoties volumus ſignificare aliquẽ toto pectore cupiã rei addictum, dicimus, etiã dormiens ſomniat.

d Vigeſ. Trapezitæ ad lunã mutuã dant pecuniã, ac lunis vſuræ creſcunt: nouilunio vſuræ perſoluũtur. Cur Strepſiades poſtea optat ſibi incantatricem dari, quæ carminibus efficiat, ne luna vnquã oriatur, vt nõ reddat vſuras. Hinc illa de nunquam ſoluendo debito: ad Calendas Græcas, & ad neomenias Latinas: quod Græci Calendas non habeant, nec Latini neomenias.

e. Equos Coppatias dixerunt, quibus litera. K. inuſta erat: vt Samphoras, a litera. ς.

a, Quot, errat inter ſõniandum adoleſcens, cũ dicere debuiſſet, loca certaminũ, quot agunt curſus. pro eo, quod eſt, quot ſunt curſus certaminis.

b. Atqui. hæc experge factus dicit, aduertens patrẽ iratũ

c. Trib. demarchus Græce. cimicẽ, aut pulicẽ per iocũ dicit. Tribuni enĩ ſingularũ tribuũ vſuris ſubſcribebãt. Penes hos erant libelli Athenis, ſiue alba, in quæ referebãtur iuuenũ nomina, qui ſui iuris erant, ac de ſuis facultatibus ſtatuere poterãt pro ſuo arbitratio.

d. Sine, recidit in ſomnum.

e. Mega. Cauillãs geminauit nomen. Erat hic Megacles de genere Alcmæonidarum. Notatur aliquando ſeruiuiſſe ſeruitutem. Primus Megacles Cæſyræ filius fuit, opibus & genere clariſſimus.

f. Caſe. Traſia dictio græca ſignat locum, vbi ſiccantur ficus, & caſei proprie.

*Phi.* a *Quot bellica agunt curſus equũm certamina.*
*Str. Et me patrẽ multos tu agis quidem tuum*
*Sus deq; per curſus. ſed interim poſt Paſiam*
*Quo debito opprimor? minæ tres pro rotis*
*Duabus, ac uehiculo Amyniæ. Phi. hunc equum*
*Abige hinc domum. Str. Infœlix miſerum tu me e meis*
*Quaſsiſti, ubi & in mulctas ſiem damnatus. &*
*Aiunt alij, ſe ob fœnora mihi minarier*
*Auferre pignora. Phi.* b *Atqui enim curnam pater*
*Stomachare? tum torquere noctem totam item?*
*Str. At at grauiter me morſicat. quis neſcio*
*Plebis* c *tribunus ſtragulis ex his. Phi.* d *ſine*
*Pauliſper infœlx me adhuc quieſcere.*
*Str. Dormito tu ergo. quin ſcias hæc debita*
*Vniuerſa tuũ in caput quod iſtud incident.*
*Vtinam ò malè diſpereat ea pronuba, quæ tuam*
*Quondam ad parentem coniugem me perpulit*
*Ducendam, agreſtis enim mihi tunc uita erat*
*Dulciſsima, defluens ſitu immundo, & parum*
*Ornata quidem, ſed otio pulcherrima.*
*Apibus ſcatens, referta ouibus. & uitibus.*
*Poſthæc ego inde coniugem ipſe ruſticus*
*Duxi domũ infœliciter*
*Neptem* e *Megaclei, illius Megaclei.*
*Ex urbe* e *quidem ipſe ruſticus,*
*Bellam, uenuſtam, delicatulam, nimis*
*Et molliter comptam. hanc ubi duxi, cum. ea*
*Mox concubui, fecem malè olens, &* f *caſeum,*
*Et copiam lanæ, illa contrà unguentum, item*
*Crocum, ſuauiaq; nimis quàm turpia,*
*Sumptum, uoracitatem inexplebilem, uti ſus,*
*Coitum, Venerem immodicam, atque partus liberũm.*
*Vt interim taceam, quam erat ignaua, omnia*
*Vt dilapidabat prodiga. ego iſtud pallium.*

*Cum aliquando ei ruptum admodum olim oſtenderem,*
*Heus uxor, inquam, dilapidas nimis bona*
*Noſtra. Fam. in lucerna haud eſt oleum nobis here.*
*Str. Heu me miſerum, cur hanc lucernā eho ſcelus*
*Nobis bibulam accendiſti? ades huc, ut lugeas.*
*Fam. Lugebo? cur? Str. quod craßiora ellychnia*
*Modo inſerueris. iam ſub hæc nobis ubi*
*Eſt natus iſte filius, mihi. atque huic*
*Meæ egregiæ uxori, hic ſtatim de nomine*
*Nos inter oborta eſt filij contentio:*
*Illa [a] hippon aßuebat uſque nomini.*
*[b] Xanthippon, aut Charippon, aut Callipiden.*
*Ego contrà, aui iubebam ipſius Phidoniden.*
*Atq; hactenus inter nos ita tum uariamus*
*Sententijs: ſed poſtea concordibus*
*Animis eum appellauimus Phidippiden.*
*Vbi illa iam ſuſcepit iſtum filium,*
*Occepit ei adblandirier per omnia.*
*Vbi in uirum prouectus olim euaſeris,*
*Currum per urbem athleta ages, ut Megacles,*
*Amictus ad talos fluente [c] Xyſtide*
*Purpurea. at ego, inquam, ,, ubi tu capras ex [d] Phelleo*
*[e] Renouē, uti pater tuus amictus egeris.*
*At ille non dicto audiens mihi fuit,*
*Sed equorum amor ſubſtantiam omnē tum meam*
*Decoxit. & nunc ſedulò cúm excogito*
*Totam uiam noctem, eximium unum repperi*
*Compendium: quod ſi modo ei perſuaſero*
*Saluus ero. quin eum excitauero prius.*
*Sed quo modo placidißimé eum excitauero*
*Potißimum? ſed quo modo? Phidippides,*
*Phidippidule. Phi. quidnā rei eſt pater optime*
*Quid ò pater? Str. oſculare me, ác mihi dexteram*
*Cedo. Phi. hem, quid eſt? Str. dic, ecquid amas me ſeriò?*

a. Hippon. hoc eſt equū

b. ſubauditur vocans

c. Xyſtis, ſubtilis veſtis erat athletarū, qua in curru ſedétes per mediā vrbé vehebātur: alij purpureā, alij muliebrē talarēexponunt, aut etiam crocotum.

d. Phellus in Attica locus erat. & Phellus Dyoniſij feſtū apud Athenienſ. vnde ſua Bacchanalia incipiebant.

e. Renoue. diphthera, paſtoralis veſtis e pellibus.

Etiã per hnuc [a] Neptumum equeſtrẽ.Str.Non mihi hunc
Iures equeſtrem:nam deus hic cauſa eſt mihi
Malorum,at enim,ſi me ex animo re uera amas
O gnate,pare quæſo.Phi.qua in re tibi geram
Morem?Str.tuos inuerte mores ,quod potes.
Ac diſce ea,ad quæ ego te excitabo maximé.
Phi.Dic igitur,ecquid imperitas?Str.quidnã,rogas?
Vt pareas.Phi.parebo profectò mi pater
Næ per Dionyſium.Str,huc igitur nunc reſpice.
En cernis oſtiolum hoc ,adeo & domunculam?
Phi.Video quidem,ſed quid pater eſt,dic obſecro?
Str.Sapientum animorum iſthæc ſchola eſt,habitant uiri
Furnũ [b] eſſe cœlũ qui ferunt uaſtiſſimum. (hic
Et nos.quia cingit,eſſe proin carbunculos.
Iſti docent, [c] ſi quis dederitpecuniam,
Cauſſas perorantem obtinere iuſta tum
Iniuſta,Phi.quinã ſunt?Str.ad amuſſim non ſatis
Nomen teneo:curis agitantur anxijs
Boni atque honeſti.Phi.hui,probe noui:mali
Sunt. [d] arrogantes,pallidos tun pr edicas
Et nudipedes,quibus præeſt hic Socrates
Fœlix minime,atq; [e] Chærephon?Str.ah ah,tace,
Dicas,caue,quicquam puerile,aut putidum.
Quin ſi paternæ quid tibi
Curæ farinæ ſint,uide hic adſis mihi,
Miſſo ſtudio equeſtri.Phi.minimé uerò quidem
Per Bacchum.etiam dederis [f] phaſianos ſi mihi,
Quos ipſe alit & Leagoras.Str.quin te obſecro,
Quem habeo unicè charum,ut doceare,adſis uolens.
Phi.Atqui tibi quid diſcam?Str.utramq; aiunt apud
Ipſos facultatem eſſe dicendi:bonam
Quęcunq; ſiet,& item malam:quarum alteram
Malam ſuperare orantem iniquiſſima ferunt.
Proin ſi iniq uam edidicer is iſtam tu mihi

a.Neptu.monſtrat curſũ cũ iurat,aut bellicũ aliquod inſtrumẽtũ. Solẽt vulgo,fere id iurare quo vnice in vita delectantur.

b Hipponis hæc ſentẽtia fuit. qui( vt Crates in Panoptis refert )cœlum dixit eſſe clibanũ, & nos carbones,qui calore ſolis educati in cinerẽ reſoluimur.

c Falſum hoc,nã ad defugiendã calumniã, Socrates a nemĩẽ ſibi mercedẽ inſtitutionis pſolui voluit.Dicebat enim hoc vnũ ſcire ſe,quod nihil ſciret.Quare vnus a Pythio ſapiens iudicatus fuit.

d. Arrogantes.mendaces hoc noĩe vocabant, quod de ĩis rebus ſe dicturos philoſophi ꝓmitterẽt, quas ignorabant.

e. Chærephon.Socratis ſodalis erat, Nycteris etiam dictus, quod nigellus eſſet, & voce gracili,

f. Phaſia.quidã equos, alĩj aues interpretãtur.

g. Perſtringitur Leagoras vt ventri et abdomini deditus.

Oratio-

*Orationem, æris alieni, cui tua*
*Obnoxius ſum cauſa. obolum haud perſoluerim*
*Cuiquam. Phi.* [a] *ſed haud ferrem pater uel pallidus*
*Ab equitibus uiderier, uel marcidus.*
*Proin, nihil eſt, cur ſuadear id, uel paream.*
*Str. Non per* [b] *Cererem de meis comedes, nec ipſe tu,*
*Nec Zygius, nec ipſe porró* [c] *Samphoras.*
*Sed te foras ex ædibus ad coruos meis*
*Expellam. Phi. at auunculus haud meus me ſpreuerit*
*Exutum equis abs te Megacles. abeo, nihil*
*Te curo. Str. neq; ego ſi fuero, iacebo humi*
*Prolapſus. at prius deos precatus, hinc*
*Recta ſcholam peto, ut bene inſtituar modo.*
*Sed qui ſenex ego futili ingenio, ſimul*
*Obliuioſus maxime*
*Orationum quiſquilias ſubtilium*
*Diſcam? & tamen eundum eſt michi. cur tardius*
*Incedo, cum iſthæc in animo habeam? quin fores*
*Has pulſito? eho, heus heus puer, heus puellule.*
*Diſc. Faceßito ad coruos. quis eſt, has qui fores*
*Pulſauit?. Str. ego Strepſiades è Sicyna,*
*Phidone patre natus. Diſc. Imperitus es*
*Tu per Iouem, qui adeó trepidé in has calcibus*
*Fores, & inſcité nimium inſultaueris,*
*Qui excogitata, inuentaq; mihi excußeris.*
*Str. Ignoſce precor, procul hinc enim in agris rus colo.*
*Sed hoc michi excußum explica negotium.*
*Diſc. Atqui nefas eſt alicui iſthæc prodere*
*Niſi diſcipulis. Str. dic mihi nunc fiducia*
*Fretus. nam ego ipſe hic diſcipulus uenio in ſcholam.*
*Diſc. Dicam. ſed oportet te arbitrarier eſſe ea*
*Myſteria. rogabat modò ipſus Socrates*
*Hunc Chærephontem, quot ſuos pulex pedes*
*Saltare poſſet ipſius. nam leuiter*

a Si in Philoſophorū gĩnaſijs verſarer, chartis impalleſcendum eſſer, cum equites ſint bona corporis habitudine, ni tidi. & bene calciati.
b. Cererem, diſerte Cererem iurat, cum de alimentis fiat mentio. Porro Zygij dicuntur equi, qui currus iugo iungũtur, vt medius dexter & medius ſiniſter.
c. Sãphoræ equi ſunt, qui circa coxam literam ſ. habent.

Cum Chærephontis morſicaſſet nigrius
Supercilium, in caput inſiluit facillimé
Socratis. Str. eho. qua dic ratione id menſus eſt?
Diſc. Dexterrimé. iquabat is ceram, ac dein
Pulice prehenſo, immerſit illius pedes
Ceræ.[a] deinde aptantur illi mortuo
Soleæ, quibus rurſum ſolutis, deintegro
Locum eſt adortus eundem ibi metirier.
Str. O Iuppiter, ſubtilitatem pectorum.
Diſc. Quid ſi audias adhæc aliud quod Socratis
Commentum? Str. age, obſecró, mihi
Narra. Diſc. rogabat [b] Sphettius iſte Chærephon
HuncSocratem, adſtrueret utram ſententiam,
Culicés ne per os, an podicem bombum, & ſonum
Emitterent. Str. quid ille de culice, precor,
Reſpondit? Diſc. eſſe, inquit, culicis anguſtius
Sonantis inteſtinum: & id quoniam admodum
Eſt exiguum, atq; in podicem ui ſpiritum
Erumpere rectá. deinde cauum iſtum podicem
Anguſto adhærentem ſonum ui ſpiritus
AEdere. Str. tuba eſt proin culicum culus, ut ais.
O ter beatum, quæſtionis gratia,
Facilè is profecto qui reus
Agitur, abiuerit abſolutus, ſi probé
Percalleat inteſtina culicum iſthæc modo.
Diſc. & nuper admodum á fele contemplatio
Ei præpedita eſt haud leuis. Str. dic quo modo?
Diſc. Cum quæreret lunæ uias, uagas item
Reuolutiones, nocte de tecto feles
Surſum ipſum hiantem turpiter
Comminxit. Str. euge gratulor quidem feli,
Quæ Socratem perfuderit lotio probé.
Diſc. Non ueſperi heſterno quidem cœnauimus.
Str. Eſto. quid igitur ad farinamcoctum erat?

a. Impoſſibile hoc. non enim poteſt pulici aptari calceus, aut diſſolui, neq; cera afficta metiri. Itaq; impoſſibile impoſſibili iunxit.

b. Sphet. e gente tribus Acamantidis.

Sycophantia in Socratem.

Diſc. Sparſit

*Diſc.Sparſit cinerem ſubtiliorem in menſa.ibi*
*Flexo ueru,atq;* [a] *circino recepto ſimul*
*Furtim é paleſtra tuniculam ipſe ſuſtulit.*
*Str.Cur ergò miramur Thaletem illum amplius?*
*Aperi,aperi,quantum potes,iam nunc ſcholam,ac*
*Quàm ocyſſimè iſtum Socratem monſtra mihi,*
*Diſcere cupio enim.has quin aperi, inquã,heus heus,fo-*
*O Hercules,quales feræ hæ?Diſc.quid obſtupeſ? (res.*
*Eccui tibi ſimiles uidentur eſſe?Str.ijs*
*Plané ex Pylo captis ſimiles* [b] *Laconicis*
*Sed hi quid obtuentur,obſecró,ſolum?*
*Diſ.Scrutantur hi terrena.Str.proin* [c] *bulbos ſimul*
*Quærunt.rei ſed cura ne quid iſtius*
*Vos angat,ego enim noui.ubi ſunt magni,& boni.*
*Sed quid faciunt hi,adeó capite proni in ſolum?*
*Diſ.Scrutantur iſti obſcura* [d] *ſubterranea,*
*Imis profundis ſedulo.Str.cur ſuſpicit*
*Cælum proin culus?Diſc.quia ipſe ſidera*
*Per ſe ſtudet metirier pro uiribus.*
*Verum intró concede,obuius ne ipſus ſiet*
*Nobis.Str.minimè uerò minimè,ſed paululum*
*Cunctentur adhuc,dum pertenue negotium*
*Cum his conferam paucis meum.*
*Diſc.Nulla poteſt fieri ratione,ut hi foris*
*Verſentur ad dium diu.*
*Res eſt enim longi nimis hæc temporis.*
*Nimiſq; diu eſt.iamdudum enim eſt tempus nimis.*
*Str.eho,quid* [e] *hæc ſunt,dic mihi omnes per deos,*
*Diſc.Aſtronomia ſcilicet.Str.dic hoc quid eſt?*
*Diſ.Geometria.Str.quorſũ nã utile eſt hoc?Diſc.ut bene*
*Dimetiamur terram.Str.utram?priuatam eam,*
*Ac* [f] *ſub ſorte datã?Diſc.nõ,uerũ uniuerſam iſtã quidem.*
*Str.Næ prædicas urbanè,& hoc* [g] *ualde utile,&*
*Populare commentum eſt.Diſc.hic eſt terræ ambitus*

a Nam qui geometrica theoremeta docent ea oculari inſpectiõe circinis deſcribũt.Itaq; oſtẽdit flexo veruto,ac figura ĩ plano facta circino, vbi omnes ad ſe aduocaſſet, furti eũ tunicã ſubtraxiſſe. Eſtq; gryphus ab incõſequẽti. Nõ enĩ præcedẽtibus cohæret.

b Laco.parœmia,Similes videt captiuis ex Pylo.de ijs,qui vultu ſunt miſerando,pallidi,ſqualidi,macilẽti.Pylũ ciuitatẽ Laconiæ diu obſeſſam expugnauit Cleõ. Et q cædi ſuperfuerãt, fame extenuatos Athenas duxit.

c Bulbos quærit in eos, qui ob ſtipo capite terrã intuẽtes incedũt:aut in amicos tenues,qui vna paupertatẽ tulere.Sunt enĩ bulbi tubera quædã, veluti fungi .Vide Paulũ AEginitã lib .primo.

d. Subter. ſcrutantur ea. quæ ſub terra latẽt. Tartarũ dicit,qui infimus eſt ſub terra locus.

e Hæc ſunt.ſcholã ingreſſus ſenex videt cũ admiratiõe philoſophorũ arma, & inſtrumẽta. vt abacũ & ſphærã.Lineis enim,& tabellis demõſtrat ea,quæ ad aſtronomiã,& geometriã pertinent.

f Sub ſor. Athenienſes capta vrbe Polemia, cũ omnes incolas eieciſſẽt, ſorte terrã inter ſe diuiſerũt. Itaq; agricolationẽ dicit.Sũt enim cleruchi,agricolæ,obid quod Aegi pti ſuã terrã ſorte diuidant,

g.Valde vtile,exiſtimat abacũ pertinere ad agriculturã vnde vtile ſophiſma eſſe dicit.

En totius.

*En totius. uiden? tum Athenæ hæ. Str. quid tu ais?*
*Non fit mihi ueriſimile. nuſquam iudices*
*Video ſedentes. Diſc. Hæc regio, Attica eſt.*
*Str. At ubi Cicynes ſunt, populares, dic, mei?*
*Diſc. Inſunt ibi. hæc Eubœa quemadmodum uides*
*Eſt. nam nimis in longũ in mare porrecta eſt. Str. ſcio.*
*Porrecta enim à nobis, & item eſt [a] Pericle nimis.*
*Str. Atqui Lacedæmon ubi ſita eſt? Diſc. ubi? en eam.*
*Str. Hui, quam [b] prope nos. operã date, ut á nobis procul*
*Hanc ſubmoueatis. Diſc. at minimé hoc fieri poteſt.*
*Str. Próinde lugebitis. age, quis eſt ille uir (Socrates.*
*Qui ſub [c] cremathra ſedet? Diſ. ipſe. Str. quis ipſe. Diſc.*
*Str. Heus Socrates, heus heus. tu hunc mihi clarum incla*
*Diſc. uoca ipſe eum tu, non mihi nunc otium eſt. (mita.*
*Str. Heus Socrates.*
*Heus Socratule. Soc. cur me uocas mortalis hem?*
*Str. Primum omnium contenderim abs te, ut lucidé*
*Ediſſeras mihi, quid agas negotij.*
*Soc. Per aërem & conſcendo, & [d] inquiro uagos*
*Solis meatus. Str. tu proin omnes deos*
*Hic de calatho contemnis? [e] at non tu quidem*
*E terra. Soc. equidem ſublimia nunquam ego quiuero*
*Satis inuenire, niſi prius ſuſpendero*
*Acumen ingenij, tenuem & [f] curam ſimul*
*Admiſcuero ad hunc aërem ſimilem, meam*
*Sed ſi deorſum humi ſpeculer, ſublimia*
*Nunquam inuenire tantulum ſané queam,*
*Non mehercle. namq; terra ui*
*Ad ſe attrahit ſuapte curarum humidum*
*Omne. id quod ipſum etiam accidit uel [g] cardamis.*
*Str. Quid ais? trahit humorem ne [h] cura in cardama?*
*Age nunc, adeſdum ò Socratule ad me, ut diſſeras*
*Ea, cupidé qua gratia ad te maximé*

a. Pericle. Strepſiades ruſtice id accepit de auctis vectigalibus. Nam Pericles Eubœa deuicta, auxit ibi vectigalia, id quod Strepſiades videbatur intelligere, cum alter diceret, nimis in lõgum porrecta. Noui, inquit, a nobis. & Pericle porrecta eſt. id eſt, tributa ampliata ſunt.

b. Prope. In geographia ita apparet. alioqui non ſunt vrbes adeo vicinæ.

c. Cremathra vas eſt, in quo obſoniorũ reliquiæ condũtur: inde dicta, quod in alto ſuſpendatur,

d. Inquiro nã græcũ vocabulũ periphrono, etiã cõtẽnere ſignat, ad quã ſignificationem ſtatim alludit ruſticus.

e. At nõ tu, hoc eſt, non poteſt fieri, vt homo cũ ſis e terris diuina diiudices.

f. Curã. Tenuiter deducis, parœmia de eo, qui pauperũ more tenuiter victitat. Sed Ariſtophanes, tenuẽ curã, tenues rationes, tenuia loqui, vocat anxias & ſubtiles philoſophorũ argutias, per iocum, & riſum.

g. Cardamũ olus agreſte eſt apud Perſas quod ſuapte vi proxime naſcẽtiũ herbarum humorẽ ad ſe attrahit, cogitq; eas ob id areſcere. Hinc Cardamo ſimiles prouerbialiter dicuntur homines nobiles. pauperioribus nimium vicini, quod eos exugant. Huius cardami itẽ ingeniũ eſt, vt lotium contineat, & oris ſuperfluitatẽ. Quare eo plurimũ vtuntur Perſæ. vt parciſsime lotium reddant, modice ſpuant, emungantq́.

h. Cura. idiota confundit phraſim, atq; apte id ad hominis inſcitiam accommodauit.

Huc ſim profectus.Soc.dic igitur,cur huc uenis?
Str.Dicendi ut artem diſcam.etenim ego peſſimè
Grauibus ab uſuris,& uſurarijs
[a] Rapior miſer,ferorq; difficillimis.
Ad pigneranda bona trahor.Soc.quid?quo modo?
Alienum in æs tandem uenis prudens parum,&
Incogitans?Str.me perdidit planiſsimè
Equorum amor ingens,morbus ad uictum grauis.
Quin me doce alteram tuarum formulam,
Hanc ſcilicet,quæ perdocet nil ſoluere:
Quodcunq; depopoſceris à me præmium,
Iuro deos illud daturum me tibi.
Soc.Ecquos [b] deos tu deieras?primum omnium,
Haud ſunt dij nobis nomiſma.Str.per quem proin
Iuratis?an per ferreos,uti faciunt
[c] Bizantij?Soc.ergo ſcire tu deſideras
Diuina perſpicuè,ea quæ ſunt,optimè?
Str.Næ per Iouem,uti tu prædicas,
Siquidem modo ſunt.Soc.& cum [e] deabus nubibus
Noſtris amas in colloquium deſcendere?
Str.Etiam.Soc.ergo in hoc ſacrum ad ſedendum te loca
Grabaton.Str.en,ſedeo.Soc.coronam hanc nunc cape.
Str.Quorſum coronã?hei,hei mihi Socrates me uictimã
[f] Athamanta uti,non(credo)ſacrificabitis.
Soc.Non,ſed facimus hæc cuncta ijs,quos imbuimus
Noſtris ſacris.Str.quid hinc mihi tandem lucri
Manabit?Soc,agendis promptus in cauſis eris.
[g]Crotalus, [h] farinæ flos.at hic iam nunc tace.
Str.At non mihi dabis uerba callidus licet,
Fiam farinæ flos,probè cum ſublinor

¶Actus ex inciſione verſuum.12.

So.Læto omine ſuſcipere hũc ſenẽ oportet,uehere ſimul, precibusq;
Aures præbere.O rex immẽſe aër.terrã ſuſpenſam

a. Rapior. Rapiunt feruntq;,parœmia,pro hoſtiliter omnia populantur,ac vexãt:ad animũ tranſtulit feſtiuiter comicus.

b. Quia ruſticus iurauerat deos ſe perſoluturũ inſtitutionis prœmiũ.

c. Bizan. videbatur numiſma eſſe tum omniũ tum minimum quia ferreum erat,ſiue quod ibi metallũ foret,per quod iurabant.

d. Deab. quaſi dicat,cum fumis & vmbris noſtris. Ea enim,quæ viliſſima ſunt,fumos, vmbras, & nebulas ſolemus appellare.

f. Athamas impietatis in liberos ſuos pœnas daturus cũ coronatus ſtaret aræ admotus, ab Hercule ſeruatus fuit.

g Crotalũ Græcis eſt calamus ſciſſus,ac ſcite cõparatus ad ſonitũ faciẽdum: conſtabat etiã ex teſta,ligno,& ære. Alij inſtrumentum muſicũ vocãt,quo in deorũ ceremonijs vtebantur Aegiptij. Quidã annulum ferreũ interpretantur,qui ferreo baculo quatiatur. Crotalus vero is dicit, qui lingua eſt expeditiore & voce clara,ac tinnula homo loquax,in foro obſtrepens,&immodice verboſus.

h. Farinæ. pro verſuto, & in malitia callido. Fuit ea uox vehementer dedecoroſa.

Quĕ ăplecteris.ò lucide circũquaque æther,uos ò nubes
Venerădæ,quæ fulminibus ſonitũ æditis,attollimini,atq;
Apparete ò dominæ huic ſtudioſo,ſuſpenſæ cœlo
Sublimes.St.nõdũ,nõdũ,ătequă ego hăc,ueſtẽ,ne cõpluar,
Rugas cõuoluă.me miſerũ,q; ſim ædibus egreſſus ſic (in
Abſq; galero.Soc.huc huc ò nubes magnæ uiſendæ aliquă
do huic (bus.
Siue in olympi uertice ſacro,qui iugibus qnatitur niui-
Reſidetis:ſiue Oceani patris in hortis,choron adductatis
Cũ nymphis:ſiue paludẽ incolitis Mæotin:ſeu ſcopulos,et
Saxa niuoſa Mimătis,uos queis ſacra aſſiduo in terris hic
Sunt grata, capeſſite uictimam, & exaudite piè implo-
Cho.Nebulæ ergo perennes (rantes.

a. Mimas Thraciæ mõs eſt, perpetuis niuibus rigens.

Surgamus claræ in-
Dole roſcidula,puraq;,
Oceano à patre ſcuum reſonante,
Montium in alta cacumina,longè
Conſpicuas ſpeculas,
Vnde queamus proſpectare
Et fructus,tellureḿq; ſacram
Perfuſam largo imbre,ſtrepentes
Diuinosq; amnes,grauiterq;
Pontum reſonantem,atq; frementem.
Fulget in ætheris ir-
Requietus claro
Splendore oculus,nebula
Pluuia quin procul hinc diſcuſſa
Immortales Ideas oculo
Qui procul omnem terram
Videat,contemplemur.
So.O nimiũ nebulæ almæ,liquido exaudiſtis uocitătẽ uos.
Sẽſiſtin uocẽ, pariterq; tonitruũ reſonăs diuinitus hoc?
Str.Et adoro,& ueneror uos,ó almæ.& uolo contra to-
nitrum oppedere ego,

b. Oppedere, prouerbialiter,pro contemnere, & reclamare.Natum ex artificio quodam, quod in ſcena ſolitum fuit repreſentari,lapillis ex ãphora in vas æneũ quodam cõiectis atq; ita tonitrui ſtrepitum imitătibus.

Vſq; adeo

*Vſq; adeo hunc metuo, & formido, ſeu fas ſeu nefas dei ſ=*
*Aluum meditor.* (cere
*So.* Non fas eſt, conuitia dicere, ueluti faciũt a trygodæmo
*nes iſti.* b (examen
*Sed bona uerba precare: deorum nam carminibus magnũ*
*Vſque mouetur.*

¶Recantatio reuerſionis membrorum. 16

*Cho. Nymphæ quin pluuiæ*
*Tellurem in pinguem*
*Concedamus Palladis hinc*
*Cecropis inuiſere terrã,*
*Oppidò amabilem, atq; illuſtribus ex=*
*Cultam heroibus.*
*Cultus ubi ſacrorum arcani*
*Vbi myſtarum*
*Domus in ſacris c magnis cernitur.*
d *Munera ubi diuis cœleſtibus,*
*Delubra alta, deûm ſimulachraq;*
*Relligioq; beatorum ſa=*
*Cratiſſima, diuum &,*
*Sacra coronata, ac*
*Conuiuia feſta,*
*Simul hæc omnibus horis.*
*Et uere nouo Bacchica gratia. &*
*Certamina muſica frendentum*
*Dulce chorûm, grauiter ſtridensq;*
g *Tibia muſis.* (nam ſint
*St. Obſecro te, per Iouẽ, ut edicas mihi Socrates, hæ quæ=*
*Quæ tam concinnè iſta loquũtur: nũnam heroinæ amicæ*
*aliquæ?*
*So. Minimè uerò, ſed cœleſtes Nubes, numina magna uiris*
*Studioſis, quæ intellectũ, cor prudens, mentemq; peritam*
*Inſtillãt, quæ mẽdacia, & ambages ſcitas uerborũ*
*Quæ technas, quæq; docent appræhendere quælibet. Str.*
*haud mirum, nam*

a. Trygodæmones, erãt Comici poetæ, qui faciem fece oblinere conſueti cum per vias curribus veherẽtur, ne cognobiles eſſent, poemata cantabãt, cauillis in prætereuntes quoſlibet ludentes. Vnde parœmia nata. e plauſtro loqui. pro, irridere. & conuitiari.

b. Examen. ver ſuum Ariſtophanis.

c. Magnis. Eleuſinia Cereris ſacra & myſteria dicit.

d. Munera. Cereri, & Proſerpinæ.

e. Cum templa ornantur, & coronantur.

f. Nam in ſacris Dionyſiacis chorearum contẽtiones audiebantur.

g. Tibia. Muſa fremens tibiarum. In Dionyſiacis circa lares chori inſtituebantur, in his certabant Comici & tragici recitandis fabulis cõpoſitis.

h. Euolita. id eſt, iã ſublimia ſapit.

i. Tenuia. Multum comici ſalis eſt in verbis. λεπτολογεῖν & στενολεσχεῖν, quorum illud de tenuibvs rebus dicitur diſceptare: hoc de nugamentis garrire ſollicite.

l. De fumo diſputare, eſt nimis anxie de rebus nihili diſceptare.

*Voce illarũ accepta, animus meus in ſublime euolitauit.*
*Geſtit enim tenuia diſceptare. & de fumo ſollicite*
*Garrire, ac ſententiam aperiens ſententiola diuerſæ*
*Rationi contradicere. quare ipſas cupio cernere, ſi id*
*Poterit fieri, manifeſté. Soc. huc nũc flecte oculos ad Par-*
*netha.*
*Nũc uideo ipſas placidè deſcēdētes. St. age, ubi, iã oſtēde*
*So. Incedũt hæ obliquæ, quã multæ. hæ per cõcaua, pdēſa.*
*Str. Hoc quidnã eſt? quùm non cerno. So. circa ingreſſu.*
*Str. Vix etiam nunc*
*Video. So. iã nũc (ut opinor) cernis eas, niſi lippis pror*
*ſus (lata tenent.*
*a Colocyntas. Str. næ per Iouẽ. & ò uenerandæ. omnia iã*
*So. Neq; tu has eſſe deas noras, neq; credebas? Str. non*
*per Iouem ego.*
*Sed nebulam ac rorè ipſas, aut umbram quandã eſſe ar*
*bitrabar. (mo craſſe, ſophiſtas?*
*So. Neq; per Iouẽ, & hoc noras, quod alant multos hæ, ho*
*Inſanos uates, & medicos b ſphragidonychargocometas?*
*c Quiq; choros cantu flectũt, tũ autē qui ſublimia curãt?*
*Impoſtores, nihil uſquam ſudantes paſcunt ignauos.*
*Has quod quoq; carmīē laudãt. St. euge rorãtũ nebularũ*
*Fulgura uibrantum, uel ob id diuiſum edebãt hæ motũ,*
*Crines centũ capitũq; Typhonis, flagrãtesq; procellas.*
*Mox uentos humẽtes, uarias & e aues nantes in liquido*
*Aëre. pluuiásq; undarũ nebularũ roſcidularũ. dein (bant,*
*f Pro his g Cephalorũ magnorũ eſcas lautorũ auidè ſume*
*Atq; auiũ turdorũ carnes. So. & ob has iniuſte me hercle.*
*St. Dic mihi (ſiquidē nubes ſunt re uera) qua de cauſſa igi*
*tur.*
*Mortalibus adſimiles ſũt mulieribus? certe illæ haud tales*
*Sũt. So. i cedo igitur mihi, quales tum ſunt? St. exacté, neq;*
*Noui. certè illæ lanæ adſimulãtur ſparſim uolitãti, (dũ ſat*
*Non mulieribus, per Iouẽ in ulla re, ſunt quia nam nares.*
*So. nunc*

a. Colocyntas, ſiue cucurbitas lippis. incæcutientes, & ſtupidos, maxime, qui ætatis vitio deſipiunt. vt Saturniæ lemæ

b. Sphragi. affectata cõpoſitio, pro, ornatos capillis. et ad vngues vſq; ſuperfluis annulis manus oneratas habentes, ita, vt propemodũ annulis contegantur, perpolientes vngues.

c. Quiq; cho. Cineſia. Philoxenus, & Cleomenes. Hi erãt chororũ cyclicorũ doctores, ſophiſtæ, & dithyrambici, ex qua re magnũ quæſtum faciebant.

d. Ergo imitatur dithyrãmbos, ridens maxime Philoxenũ. quare eorũ exẽplo per iocũ ampulloſis utitur vocibus.

e. Aues, quippe nubes auium ſpecies in aere repræſentant. In nubibus natare videntur adſimilitudinem volantium.

f. Pro his. verſibus. quos faciebant in nubes, mugiles ſiue Cephalos comedendos nacti ſunt.

g. Cepha. id eſt, lautos & ſpendidos piſces meruerunt.

h. Iniuſte. hoc eſt, propter iſta, & ſimilia in nubes decantata, & ab ipſis ſcripta nõ fuerunt his vel honoribus, vel cœnis digni.

i. Cedo. oſtendit ei nubes ea figura: rurſus illo conuerſus alias videt.

So. Nūc mihi reſpōdeto uiciſſim, quæ te ſim rogaturus.
St. Dic quæcunq; uoles ocyus. So. en nunq̄ uidiſti, cœlum
Cum ſuſpiceres, nubē Centaurum reſtrentem, uel pardum
Siue lupū? ſeu taurū? St. imò per Iouē. at id quorſum, & quid ſibi uult?
Soc. Fiunt iſtæ quæcunq; uolunt. nam ſi forte capillatum
Hominē agreſtē ex hirſutis his aliquē, ueluti Xenophātæ
a Gnatū uideāt, Centauris ſe ſimiles fingūt, quo agitēt ſic
Inſanū illius cerebrū ſcōmatibus. Str. quid ſi uideant hunc
Direptorē ærarij, nempe Simonem? tandē quid faciunt?
Soc. Cum naturam illius præ ſe ferre uelint, uertūt ſubitò
Se in ſimulachra lupina. Str. pari ratiōe ubi eædē abijciētē
Haſtā uidiſſent heſterna luce [b] Cleonymū, ob id cerui
Sūt factæ, quoniā hūc timidiſſimū ab alto tū deſpexerūt.
So. Et nūc cernis præſens, eſſe mulieres factas, propterea
Quod ſpectarint [c] Cliſthenē. St. ò dominæ almæ, reginæq;
Saluete, omniū, & hodie mihi prægrandē rupiſtis uocē,
Si cuiquam alij.

a. Gnatum. Hieronymū dicit dithyrambicū vatem, filium Xenophantæ, hirſuto corpore, quales Centauri fuere. poſteriori parte corporis equina. Hic in puerorum amores turpiter inſaniſt.

b. Cleonymum. Hūc alij quoque Comici, vt rhipſaſpidem, hoc eſt, aciei deſertorē inſectantur.

c. Cliſthenis mollicie perſtringit etiam Cratinus in Vaſe Vinario. Sic ea inſcribitur comœdia.

¶ Actus iuxta circuncisionem verſuum 6.

Cho. Salue ſenior, grauis annis, qui artē ueneris ſtudioſē
Dicēdi. & tu ātiſtes tenuiū nugarū, loquere ecqua uelis,
Nobis. non alij cuiquam nā noſtras præbebimus aures,
Horū, qui ſublimia quærunt nūc, & ſumma, ſophiſtarū,
Præterq̄ Prodico, atq; huic, propter ſapientiam, & abſtruſam omnem (per
Cognitionē. tibi uerò, qui quod honeſto habitu incedas,
Vias, perq; uias toruus, uultuq; grauis, fers mala multa,
Nudis pedibus, nobis uenerandus uultu tamen appares.
St. O tellus, uocē uenerandā ut ſacra, & ut ueneranda, & nimium (ſunt
Prodigioſa. So. atq; hæ ſolæ, mihi crede, deæ ſunt: cætera
Omnia nugæ. Str. dic nobis per terrā, non Iuppiter ille
Cœleſtis deus eſt? So. ecqualis Iupiter? haud quaq̄, nugas
Ne dixeris: haud eſt Iuppiter ullus. St. quid ais tu? pluit ecquis,

Hoc mihi

Hoc mihi reſpōde primum omnium? So. id hæ ſcilicet efficiūt, id
Quod ego ipſū magnis tibi ſignis oſtendā perſpicué. dic,
Vbi quæſo unquā ſine nubibus, inquis, te uidiſſe pluentem?
Alióqui ipſum pluuiam cœlo miſcere ſereno opus eſſet,
Et abeſſe has peregré. Str. næ per Apollinem, ut id bellé dicendo
Nunc docuſti. nāq; hactenus arbitratus ſum per cribrum
Minxiſſe Iouē. dic quis igitur ille autē eſt, qui tonitruat? id cur
Intremā ego, efficit. So. hæ tonitrua miſcēt interſe colliſæ,
Atq; uolutæ. Str. quo pacto? heus tu, qui audes omnia? So. ſimulatq;
Fuerint unda oneratæ multa, ut ferri cogantur, & alto
Inde aēre pendentes, imbre neceſſarió plenæ, atq; graues,
Ibi colliſæ inter ſe diſſiliunt, & magnū ſtrepitū ædunt.
St. Quis eas cogit? nō Iuppiter ipſe, ut tāta mole ferātur?
Socr. Minimé, uerum æthereus turbo. Stre. turbo? id me huc uſq; fefellit.
Proin, cū nō ſit Iuppiter, ut ais, regnat nūc pro illo turbo.
At nondum de crepitu, neq; de tonitru, quid me docuiſti,
Soc. Non me audis, quod nubes dico unda plenas inter ſeſe
Colliſas, quia ſunt denſæ, horrendum ſtrepere? Stre, atq; unde id oportet (bo iā.
Credere, dic mihi? Soc. de te ipſo, id quod te ratione doce-
Nunquam Panathenæis iure aliquando fuiſti diſtentus?
Eue nitq; tuum uentrē grauiter perturbarier? atque
Ex improuiſo ex illo crepitū erūpere? Str. næ p Apollinē
Horrēda agit et mihiubimox turbari occœperit: ac ueluti
Tonitrus, reſonat inſculū, & exclamauit clarū: primumq;
Placidé pappax, ac mox paulo inſequitur crebro papa pappax. (illæ.
Et quoties ualdé caco, papapappax tonitruat, ut nebulæ
So. Ergo ex uētriculo iſthoc q̄ horrēdū pedorē ediderïs iā

Panathenæa, Athenienſium feſtum erat celeberrimum. Ad hoc omnes eorum coloniæ bouem mittere cogebantur.

Ficticia vox a ventris crepitu ac ſono cōficta.

*Animaduertito, at aër immenſus cùm ſit, qui non veri-*
*Simile eſt, horrendum tonitrum gignere? nam & nomina*
*ſunt inter* (*as me*
*Se ſimilia, tum tonitrus, tum crepitus. Str. quin hoc edoce*
*Fulmen, quæſo, dic unde oritur, quod tã claro igne relucet*
*Quod cum percutiat nos, incendat, uiuos uero amburat.*
*Hoc Iuppiter in periuros etenim iaculatur manifeſtè.*
*So. Et quo pacto id, ſtolide heus tu, Saturnia olens* [a] *becce*
*ſelene?*
*Siquidẽ feriat periuros, cur non ille Simonẽ combuſsit?*
*Atq; Cleonymon, atq; Theorũ, cũ ſint nimiũ hi periuri?*
*Verũ ædẽ ipſe ſuã, & Suniũ altũ promõtorium Athenis,*
*Simulantem quercus ingentes, cur obſecro? non peierat*
*unquam*
*Quercus. Str. neſcio ſanè. niſi quod bellè narrare uideris.*
*Ergo quid eſt fulmen? Soc. quando in eas uentus ſublatus*
*clauſus*
*Hæret, & intus eas ueluti ueſicam inflat: ſimulatq; inde*
*Ruperit ipſas ui cogẽte, foras fertur uiolẽtus, quod ſint*
*Denſæ, & quod ſe abſorbeat, atq; inpetum adurgeat, ip-*
*ſum ſeſe* (*do olim*
*Ipſe accẽdit. St. perſpicuè mihi per Iouẽ id ipſum aliquã*
*Vſu uenit* [b] *Iouialibus. aſſabam caſu uentriculum*
*Affinibus ipſe meis.* [c] *pertundere neglexeram, at inflatus,*
*Subitò crepitu impactus in oculos miſerè faciem hãc am-*
*buſsit.*

¶ Actus iuxta circumciſionem verſuum viij.

*Soc. O qui ex nobis homo magnam ſapiẽtiã ſcire laboras*
*Vt eris fœlix tũ inter Cecropidas olim, tũ inter Græcos,*
*Si ingenio haud futilis es, ſi ſtudioſus, ſi tolerantia adeſt*
*Multa laborum animo: neq; cures, ſeu ſedeas, ſiue incedas,*
*Nec qui horreas frigus nimiũ neq; prãdia ſectaris nimiũ*
*Si abſtemius adſis gymnaſijs, abſtineasq; libidinibus,*
*Et duxeris illud ſummè pulchrũ (ueluti par eſt ſapientẽ)*

Græce βροντή, & πορδή.

a. Beceeſelenus olim dicebatur ſtupidus & delirus, & admodũ ſenex. Beccus lingua Phrygum panẽ ſignat, & σελήνη. lunã. Arcades, qui omnium mortalium antiquiſſimi volebant videri. beccèſeleni, vt luna antiquiores, dicti fuere.

b. Iouialibus. Feſtũ hoc erat Athenis Iouis Milichij. quod qui extra muros habitabant omnes celebrabant.

c. Pertund. id quod fit, cum inteſtina farta coquuntur, ne rumpantur

*En agen*

a. Lingua bellare is dici tur, qui ſtrennue coui- tiatur, verbiſq; minatur hoſti, ſed cũ in tuto ſit.

b. Olere. Thymbras ui- ctitat. Thymbra oleris genus eſt, non diſſimi- le ſatureiæ.

En agendo, & conſultando, & lingua bellando ſuperare.
St. Deniq; totus cõfidẽs robuſti animi cauſsa, & propter
Infeſtas curas, ac uentrẽ tum parcum, tum ærumnoſum
Et qui olere aſsiduo uictitet. horũ cauſsa præbere quidẽ
Ne fabrũ poſsẽ ferrariũ. So. igitur eſse aliud nihil uſquã,
Nullumq; deũ arbitrator, præter eos ipſos, ſcilicet hos,
Quos nos credimus eſse. ut Chaos hoc, Nebulas, Linguaq;,
tria iſthæc. (dero,
St. Sed neq; prorſum cũ alijs diſseruero, ne ſi obuius inci-
Neq; rem diuinam ullã fecero. neq; libamina fudero, nec
Thus obtulero prorſus. Cho. age nunc dic intrepidè, tibi-
quid uis,

c. Stadijs. prouerbium, pro, infinitis partibus, ſi cut et illud, ſedecim pe dibus ſuperauit

d. Inuertere Græce στρεψοδικῆσαι. Vn de ipſe Strepſiades eſt dictus.

e. Miniſt: philoſophos dicit, quos ſuorũ ſacro- rum miniſtros vocat

Faciamus (quandoquidẽ nos colis, atq; admiraris, dasque
Operam, ut doctior euadas) quò nunc uoti compos fias.
St. O rerũ dominæ, ſupplex hoc ualdè exiguũ unũ à uobis
Peto, ſim ut Græcorũ cœtũ ſtadijs in dicẽdo lõgè (ex hoc,
Præſtãtiſsimus. Cho. hoc tibi ꝑ nos cõtinget, ut in reliquũ
Non ſit in urbe futurus, qui magnas cauſsas uicerit, atq;
Plures, alius quam tu. Str. non magnas dicere cauſas, nõ id
Deſidero enim, at ꝓ uiribus inuertere iudicia, & iniquos
Euadere ſic daniſtas. Cho. hæc, quæ expetis, obtingẽt tibi,
nam
Haud grandia poſcis. quin te noſtris dedas ritè miniſtris.
Str. ueſtra, hoc faciã, fretus fiducia: abũdè ãguſtia cogit
Me extræma, ob equos hos coppatias, & cõiugem, quod
me euertit.

f. Vtrẽ excoriare. parœ- mia, pro, corpus cædis, vel excorias,

Nunc, quodcunq; uolent, faciant pro arbitratu
Hoc trado meum cædendum ipſis
Corpus, fame, ſquallore, atq; ſiti
Diuexandum, atq; afficiendum
Frigore, & excoriandum etiam utrem,
Siquidem debita, & æs euaſero
Tantum alienum,
Vulgo eſse uidebor facundus,

*Audax, alacer, uehemens, iuxtà ac*
*Infeſtus, conſutor mendax.*
*Verborumq; repertor, iuris*
*Exercitium, legum tabula,*
*Homo linguax immodice, uulpes,*
*Terebrum, atq; foramen, & inconſtans.*
*Irriſor, uiſcum, planus, & fur*
*Manifeſtarius, ac ſceleroſus,*
*Difficilis, a ſubſannatorq;*
*His ſi me appellent nominibus,*
*Quotquot mihi erunt deinceps obuij,*
*Faciant, age, quodcunq; uidebitur.*
*Et ſi poſcant, b chordam ex meipſo*
*Vel per Cererem,*
*His ſtudioſis apponunto.*
*Soc. Robur eſt in hoc, uigorq;*
*Haud modicus quidem, admodum paratus. ut nunc*
*Ergo ſcias. poſtquam hæc didiciſti ex me,*
*Cœlos ſuperantem*
*Conſequere laudem.*
*Str. Quid uis mihi per-*
*Suaderier?*
*Soc. Mecum omne per æuum ut agas*
*Vitam ſuauißimam*
*Hominum æmulator.*
*Str. Ergo hoc quando uidebo?*
*Ecquando igitur?*
*Soc. Vt tuis in fo-*
*Ribus aßideant*
*Semper frequentes,*
*Qui te conſulere, & cupiant,*
*Loquierq; tibi: qui*
*d Pragmata, & e antigraphas*
*Multùm talentûm*
*(Quæ aſtruo digna te)*

a. Subſan. Græce, mataeolæchus, vulgari conuitio dicebatur, liguritor, & in minimis rebus, exquiſitus: tũ, qui per fraudẽ e minimis rebus ſectaretur compendium.

b. Chorda, præter neruum, etiam craſſum ouis inteſtinũ ſignat.

c. Pragmata omnia iudicia vocabant, propter obiectiones, & ſolutiones earum, quæ eo veniunt.

d. Antigrapha. contractio, obiectio, controuerſia, diſſuaſio, argumẽtũ, in contrarium rationes, orationes, oratio quæ alteri reſpondet. promiſſio, antomoſia.

*Tum tecum conſultabunt.*
*Ch.Quin nũc aggredere aliquãdo tãdẽ iſtũ formare ſenẽ,*
*Tradere,quod ſis docturus,mẽtẽ illius pmoueáſq; (atq;*
*Ac de ingenio,quantum ualeat,pariter facitóq; periclũ.*
*Soc.Agedum,tuos mores mihi narra,quibus*
*Vt cognitis,adijciam alias deinceps nouas*
*Tibi machinas.Str.quid,per deos,numnam paras*
*Muros mihi oppugnare magnis machinis?*
*Soc.Prorſus minime:ſed perbreue eſt,quod te uelim*
*Interrogare,num memoria polleas,*
*Str.Duplici id ratione per Iouem.una,ſi mihi*
*Debetur,admodum tenax mihi memoria eſt:*
*Porrò altera,ſi cui miſer ego debeo,*
*ſum obliuioſus,ut alius nemo magis.*
*Soc:Próinde naturalis ineſt facundia*
*Tibi?Str.périnde haud ipſa ineſt facundia,*
*Linguæq; facultas,atq; diripiendi ineſt.*
*Soc.Qui ergo poteris diſcere?Str.uenuſtè mehercule.*
*Soc.Agedum,uideſis intercipias ſtatim,ubi ego quid*
*Dictum ſapienter hiſce de ſublimibus*
*Proponam.Str.egon' more hic canum ſapientiam*
*Comedam obſecro?Soc.tu indocte homo,atq; barbare*
*Senex,metuo ne uerberibus multis opus*
*Siet tibi.age,uidebo ſi te uerberet*
*Quis,quid ſies facturus.Str.heu heu,uerberor.*
*Sed ſuſtinens pauliſper,huc adduxero*
*Teſtes.dein poſt pluſculum unà temporis*
*Iure egero.Soc.age nunc* [a] *pallium pone ocyus.*
*Str.Quem iniuria leſi miſer?*
*Soc.Prorſus nihil.nudos ſed ingredi huc decet,*
*Et moribus eſt receptum.Str.at eho ingrediens,nihil*
[b]*Furabor hic.So.depone,quid nugaris?Str.mihi*
*Edic prius,ſi gnauiter literis nauauero*
*Operam,eccui aſſimilabor inde ego indole*
*Hic diſcipulorum?Soc.differes planè* [c] *nihil*

a.Hoc faciebant,qui myſteriis initiabantur.

b Furab.mos erat,Vt qui ingrederentur domos alienas, ad ſcrutandum, nudi ingrederentur, ne quid ſub veſtibus furtim auferrent.

c.Nihil diffe. a Chære. in macilentum dicebabatur olim.Fuit autem Chærephon tragœdiarum ſcriptor.qui Heraclidarum res perſecutus fuit. Hic lucubrationibus nocturnis mirum in modum extenuatus vulgari ioco taxatus fuit.


Quicquam

*Quicquam indole tunc à Chærephonte ſcilicet.*
*Str.Narras futurum,eheu,miſerum me ſemianimem.*
*Soc.Tace,ac ſequere me huc ocyus properans.Str.mihi*
*Cedo* [a] *melittutam in manus prius meas.*
*Vt horreo,cum ingredior,haud ſecus,ac ſi ego in*
*Specum* [b] *Trophonij profundum deſcerar.*
*Soc.Procedito,cur heſitas circa fores?*

## Inciſiuncula membrorum.viij

*Cho.Age,abi fortitudine tandem*
*Lætior iſta.*
*Huic homini ſeni ſit*
*Fauſtum adeò atq; fœlix,*
*Quod ſpecimen grandior ip-*
*Se ſuæ,indolis altæ*
*Rebus adumbret,colat*
*Et ſapientiam ipſam.*

## Tranſitio,ſiue transgreſſio,qua poeta,aut è choro aliquis poetæ nomine ad populum conuerſus cõcionatur aliquid, quod extra fabulæ argumentum ſit.

*Spectatores,liberrimè per* [c] *Dionyſium altorem,rem*
*Ipſam uobis dicam,meum.ſic ego equidem uicero,*
*Sapiensq; habear,iuſtos bonosq; uti uos ſpectatores*
*Eſſe duco:atq; adeò mearum comœdiarum iſtam*
*Cordatiſſimam uindicare.ob eam cauſſam uos dignos*
*Iudicaui,hanc primi omnium qui guſtetis,quæ mihi*
*Plurimum negotij faceſſit.dein uictus à uiris*
*Improbis moleſtisq;,non meritus mox mox ſeceſſi.*
*Igitur uobis iſthæc queror, qui ſapitis,& propter quos*
*Ego pertractabã hæc ſtudio.ſed ne ſic quidẽ unquam uos*
*Deſeram æquos prudens uolens,ex quo placuerunt uiris,*
*Quibus eſt hic perorare ſuaue.& Sophron & Catapygõ*
*Optimè audiuere clari.*
[d] *Virgo adhuc tum erã nec mihi ullo pacto licebat dum*

a.Melittuta, placenta erat; quæ Trophonio, mortuis,& Cerbero obijciebatur,aut etiã ſerpẽtibus.Erat autem melle condita.

b,Tropho. Quidam aiunt Trophonium artificem fuiſſe in ſaxis ſecãdis,atq; in lebadia fanũ ſubterraneum ſibi paraſſe, quod Throphonij vulgo dictum fuit.Deinde qui oracula ſciſcitarentur,in aditu ſpecus, nudos ſedere ſolitos,atq; inde flatu quodã abripi ſub terram.Tum autẽ geſtare ſecum ſolitos placentas,quas ſerpẽtibus, & lemuribus obijcerent paſſim occurſantibus. Hinc accepto oraculo pallidi ac macilẽti in ſũmum hiatum reſtituebãtur. Vnde prouerbium in triſtes ac macilentos dici ſolet.in antro Trophonij vaticinatus eſt. Alij aliter referunt hiſtoriam.

c,Dionyſ.nam in Dionyſijs prodijt hæc fabula, & in Dionyſiacis certaminibus agebantur fabulæ.

d.Virgo.hoc eſt, nondũ per ætatem immaturã audebam prodire ad dicendum. Lex erat, ne quis ante quadrageſimũ ætatis annum vel vt alij ,ante trigeſimum ad dicendum conſurgeret.



Parere

*Parere.* [a] *expoſui, ſed* [b] *gnatã quedã altera tulit ſuſceptã.*
*Vos ingnuè tum nutrijſtis, tum inſtituiſtis eam.*
*Atq; inde mihi ſemper fuere haud infida uobiſcum*
*Fœdera mentis. Nunc igitur quærit hæc comœdia*
*An ſpectatores nacta ſit tam cordatos, uelut olim*
[c] *Electra illa: agnoſcet ſui germani cæſariem enim,*
*Sicubi uiderit. iam ut modeſta eſt natura, aduertite.*
*Nil enim uenit* [d] *corio, à ſummo demiſſo inſutum,*
*Rubrum, craſſum, uti pueris excitetur hic riſus:*
*Sed neq; conuitia iecit in caluos: tum nec* [e] *laſciuam*
*Ductauit choream quidem: nec* [f] *ſenex dum carmina*
*Recitat, præſentem ullum cecidit bacillo: ſcommata*
*Auferens è medio ſimul: non introducta eſt faces*
*Quatiens: non heu heu clamitat: ſed ſuis uerbis fræta,*
*Et fiducia prodijt. Quare cum poëta ego*
*Tali ingenio ſim præditus, nil prorſus faſtu eleuor.*
*Neq; in id ſtudeo, ut decipiã uos, eadẽ inducens* [g] *ter, &*
*Quater: at cùm nouas adferam ſemper ſpecies, ſapienter*
*Ago, nuſquã inter ſe ſimiles, lepidas tamẽ ex æquo õneis.*
*Equidem percuſſi ipſum Cleonis uentrem, quantumuis is*
*Magnus fuit, ac poſt illa rurſum in* [h] *ſtratum haud inſiluĩ*
*Iſti porrò, ſimulac ſemel dederit anſã Hyperbolus. (uſq̃.*
*Miſerum hũc proculcãt pedibus,* [i] *matremq; eius ꝑpetuo.*
*Eupolis primum Maricam ad ſe traxit, malus, malè*
*Equitibus noſtris (turpe quod) mutatis inuerſiſq;.*
*Induxit* [l] *anum inſuper ebriam de ſuo, ob non decoram*
*Laſciuamq; ſaltationem, quam olim fecit Phrynichus,*
*Quam cetus miſerè deuorauit. Sub iſta exortus eſt*
*Hermippus, qui ſcripſit quoq;, in, quẽ modo dixi, Hyper*
*Et nũc omnes uno ore nituntur in Hyperbolum, (bolum.*
*Dum meas* [m] *anguillarum ubiq; imitantur imagines.*
*Quapropter, qui ob iſta in ſinu ridet, minimè gaudeto*
*His meis: ſin me & meis oblectemini inuentis,*
*In reliqua tempora tum uidebimini prudentes fore.*

a. Expoſita. metaphora ſumpta eſt a mulieribus occulte parientibus, & ſe prodi metuentibus, quæ ob id infantes abijciũt, vt ab aliquo educentur. Verbo exponere contrarium, ſiue correlatiuum eſt, tollere. Ergo ubi hanc comœdiã peperiſſet, vt infantem abiecit.

b. Gnata. Dætales. Hanc ipſe non docuit: hoc eſt, egit.

c. Electra. AEſchylus fabulam fecit, Choephoros, in qua Electra inducitur ad patris ſepulchrũ, ubi ex capillis fratrem agnouit.

d. Corio. nã comici pelliceis teſticulis diſcincti prodibant, ad riſum ſpectatoribus cõcitandum.

e. Laſciuam. Tres erant ſaltationis ſpecies, Emmeliæ, quæ tragica erat. Sicynis, ſatyrica, & cordax, quæ comica. Hæc indecore, & obſcœne mouebãt lumbos, & nates. Hic κορδακίζειν. turpiter ſaltare

f. Senex. Eupolis in Proſpattaliis. vel. vt Hermippus, qui in id procliuis erat. Quidã Siſermium hiſtrionem accipiunt.

g. Ter. &. loquitur de Cleone ſuperſtite, contra quem Equites ſcripſit. quare ventrem ſe eius percuſſiſſe dicit

h. Stratum. ſepultum, mortuumq; dicit ſe nõ fuiſſe inſectatum.

i. Matrẽ. Hyperboli comœdiam, ita viſam in Artopolidibus. Multa in eũ ſcripſit Hermippus

Ode

## ¶Ode.& verſio,membrorum.xij.

*Cho. Altitonantem ego deûm*
*Prima Iouẽ tyrannum age*
*Magnũ aduoco in chorum iſtum.*
*Ipſum etiam tridentis al-*
*Ti præpotentem promum,&*
*Salſi maris,terræq; uaſtæ durum*
*Concuſſorem,& item æthera magni*
*Nominis,atq; patrem almum,uitæ altorẽ*
*Communis,hunc radijs*
*Qui claris & terræ ſolum*
[a] *Luſtrat,Phœbum,qui magnus in-*
*Ter deos apud mortales*
*Colitur,ferturq; dæmon*

## [b]¶Aduerbium,verſuum,xx.

*Ch. Sapientiſſimi huc animaduortite ſpectatores:rurſum*
*Nos accuſatum uos aduenimus læſæ iniuria.*
*Quippe,quæ cùm reliquis plus dijs boni conferimus in*
*Ciuitatem,nobis ſolis nil tamen ſacrificatis,*
*Non libamina infertis,deorum:quæ conſeruamus*
*Vos omnes.nam ſi quà nullo iudicio ſit exitus,*
*Tum uel intonamus,uel tenuiter irroramus has*
*Terras.iam deinde quum ducẽ legiſtis ad bellum*
*Paphlagonem coriarium.ſupercilia nos contraximus,*
*Dijs inimicum,mira perpetrauimus.nam diruptum eſt*
*Per fulgetra tonitru:luna ipſa ſuas deſeruit uias.*
*Tum ſol radios extemplò ſuos in ſeipſum contraxit.*
*Nec ſe oſtenſurum,inquit,uobis conſpicuũ,ſi rem* [c] *Cleon*
*Bellicam adminiſtraret, tamen creaſtis hunc æquè.*
*Nam* [d] *conſilia ciuitati huic adeſſe læua aiunt.*
*Atq; ea fœliciter in meliorem deos partem bonos*
*Vertere ipſa,quæ uos admiſiſtis.quo pacto autem illud*
*Conducet,leui momento uos nunc edocebimus.*
*Si* [e] *larum Cleonem arreptum ob furta & dona ceruice*

*Ligno præ-*

l. Anum. Phrynichus anum induxit,quam cetus deuoret,ad imitationem Andromedæ. ad ſpectatoribus riſum cõcitandum.

m. Anguilla,id eſt,dictionum.

a. Luſtrat,detinet,occupat.

b. Aduerbium hoc vocaturquod chorus rurſum inclinet ſe ad ſpectatores.& vtilia honeſtaque quædam conſulat ipſis: ſiue quod malos conuitijs inſectetur.

c. Nã cũ Cleon ſuffragijs cõmunibus creatus eſſet dux belli,caſu tum incidit ſolis eclipſis.

d. Conſil. Incõſulta Atheniensium temeritas, in prouerbium abijt,in eos quibus mala conſilia fœliciter cadunt.Nã Atheniensium ſocorditer cõſulta Minerua ciuitatis præſes ſemper bene vertere conſueuit.

e. Larum. lari dicebantur,qui auide prædæ inhiabant.Nam hic.vt & in Equitib.Cleonẽ propter rapacitatem, Larum vocat.quod vt larus in ſcopulis verſatur,vt venetur piſces , ita Cleon in reipublicæ negotijs ſe gereret. Larum auem quidam gauiam alij fulicam vocant.

Ligno præſocaueritis. quare ſi quid uobis deinceps
Rurſum fuerit peccatum, in dextram id negoti partem
Ciuitati conuertent. (dij

Recãtatio, ſiue reſpõſio per cantũ, & reuerſio, hoc eſt, ſaltatio religioſa, qua chor⁹ nũc ĩ dexterã, modo in ſiniſtrã reuocatur. verſuũ. xij.

Cho. Rurſum ades huc Apollo rex
Delie, qui colis altam
Cynthi, & iugoſam petram.
Quæq; Epheſi domum auream
Cynthia habes, in qua colunt
Te honoribus, Lydiæ quas puellas
Opulenta uidet,
Noſtraq; quæ uernacula ſis dea,
Auriga AEgidis. urbis & alma Minerua
Præſes. petram Pernaſiam
Tu qui occupas, luceſq; Bac-
chis cum atris [a] Delphicis decens
Laſciue ò Dionyſe.

a. Delphi. hoc eſt, quæ Delphos incolebant, Colebatur & in ea regione Bacchus.

Viciſſitudo ſuccentionis. verſuum. xx.

Cho. Iam cum nos huc ad uos prodire adornaremus, luna
Caſu nobis facta obuia iuſſit ſalutem impartiri
Primùm quidem Athenienſibus, hinc auxilijs ipſis socijs.
Sup hæc, ſe, inquit, grauiter ſtomacharier, quod cùm uos
Ex æquo omneis, nõ uerbis, ſed rebus ipſis pſpicuè (iuuet
Inſignẽ contumeliam in ſe accipiat. primum per mẽſem
Haud minus in tædã, quã drachmã effundier, ita ut oẽs di
Exeuntes ueſperi, tædam caueto emas heus puer, (cant
Quoniã pulchrè luna lucet. multaq; ſup hæc cõmemorat
In uos benefacta ſua, ſed uos dierum nullam habere
Rationẽ exactè, ſed [b] ſurſum ac deorſum commiſcere.
Quapropter dicit, nuſquam non ſibi diuos minas
Intentare, quoties cœna fraudati tendunt domum,
Non ſortiti feſtum ad rationem dierum: tum autem ubi

b. Surſum. parœmia de omnibus rebus perturbatis.

Si et litandum. tum ſtrepitis, tum cauſſas cognoſcitis
Forenſes, ſæpe etiam inter ieiunandum, nos dij quoties
Deflemus uel Memnona, uel Sarpedona, tum uos funditis
Libamina, itemq; ridetis, uel ob id, anno ipſo quod hoc
Sacrorum antiſtes creatus fuerit tantum Hyperbolus,
Ac corona à nobis exutus eſſet dijs, quin potius
Ita accipiet, ducendos eſſe ad lunam, uitæ dies.
Soc. Nunquam per iſthunc ſpiritum, non per chaos
Perq; aërem hunc, ego uidi hominē craſſum magis,
Magisue ruſticum, rudem atq; futilem,
Et conſilij magis inopē, ac memorem minus,
Huiuſmodi minutulas qui argutias
Prius atq; didicit, dedidicerit immemor.
Eum euoco tamen. heus foras prodi, heus foras.
Vbi Strepſiades eſt? huc ades, ſcabellum ac
Tecum aufer huc. Str. at non ſinunt efferre me
Hi cimices. Soc. cito facito ponas, ſimul
Aduorte animum. St. ecce autem. So. omniū quidnā cupis
Perdiſcere primum nunc eorum maximè
Quæ haud prorſus unquam edoctus es, quod uixeris?
Eloquere. numnam de metris, an uerſibus,
An de rhythmis? Str. ego de metris. duabus hic
Nam chœnicibus farinæ ego ſum nuperrimè
Fraudatus ab ipſo uenditore turpiter.
Soc. Iſthuc quidem haud interrogo, at quod optimum
Ducis metrum, rogo, trimetrúmne an tetrametrum?
Str. Nil ſemiſextario equidē duco prius
Soc. Homo nihil dicis. Str. uide me nunc modo.
Sitne tetrametrum, an non ſemiſextarius. Soc. abi ad
Coruos, ut es bardus rudiſq; ruſticus.
Poſſes citius fortaſſe tu perdiſcere
Ea quæ ad rhythmos ſpectent. St. rhythmi quid proderūt
Mihi ad farinam? Soc. in concione induſtrius
Vt ſis, & in cœtu eloquens: audire dein

Honeſtum eſt eum uiuere, vt prius, vt qui indignus fuerit illo munere.

Dolium inexplebile.

Qualis

*Qualis ſit rhythmus,ſecundum [a] enoplion.*
*Qualis uiciſsim ſit ſecundum [b] dactylum.*
*Str.. Ad dactylum?næ per Iouem,noui probè.*
*So.Dic ergo.St.quis porrò eſt alius,quàm [c] hic dactylus?*
*Fuitq; me hic etiam puero olim.Soc.ut es rudis,*
*Et nullius frugis bonæ,Str.horum ſed nihil*
*Prorſus cupio infœlix homo,perdiſcere.*
*Soc.quid tum?Str.illud,illud nempe,iniquam formulam*
*Dicendi,& iniuſtam.Soc.priuſq̃ iſthæc,interim*
*Quædam te alia oportet diſcere,quæ ſunt maſcula*
*Sanè quadrupedum.Str.at noui ego,quæ ſint maſcula,*
*Niſi malè ſim ſanus:uelut hircus,taurus,&*
*Aries,canis,gallus.Soc.uidèsne,quæ tibi*
*Ibi accidunt?gallum uocas hic fœminam,*
*Et eodem etiam tu nomine maſculum.Str.mihi*
*Dic quo modo?Soc.quanam id ratione?gallus,&*
[d] *Gallina.Str.perNeptunum,ita eſt.nunc quo modo*
*Vocare oportet me?Soc.hanc alectryænam,& hunc*
*Alectorem uerò alterum:Str.per aërem*
*Alectryænam?bellè age hoc pro dogmate*
*Vno,tuam farina onerabo equidem pænariam*
*Arcam undiq;.Soc.ecce autem alterum rurſum quidem.*
[e] *Nam cardopum tu maſculum effers,cum ſiet*
*Hoc fœmineum.Str.quidum,uoco autem maſculum*
*Ego cardopum?Soc.profectò,ut & Cleonymum*
*Str.Quo dic modo?Soc.[f] pollet nam idem tibi cardopus*
*Quod & Cleonymus.Str.ò bone haud Cleonymo*
*Vnquam fuit uel cardopus:ſed pinſere is*
*Conſueuit in [g] mortario rotundulo.*
*At nunc deinceps quo uocare nomine*
*Me oportet?Soc.ecquo nomine?cardopen,uocas*
*Vt Soſtraten.Str.próinde dicis cardopen*
*Fœmellulam rectius.at illud forſitan*

a. Enoplios rhythmus erat, ad quem ſaltabant armati. Conſtat hemiolio.longa enim ad duas breues æqualé proportionem habet ad anapeſtum trium pedum ratione. Complectitur hic ões pedes dyſſyllabos vocant enoplion ,amphimacrum,dictum etiam creticum,a carmine cuius origo ad curetas refertur. Ad hoc metri genus arma vibrãdo ſaltare ſolebant.

b. Dactylũ. Arythmetica eſt menſura. & pulſitationis ſpecies,hic verſus.quo plurimum vtũtur tibicines,paribus cõſtat ſyllabis cũ enopliis, qui a quibuſdã etiã proſodiacus dicit. Conſtat ſpondæis,trochæis,pyrrhichiis,& iambis.

c. Hic dactylus.impudice medium digitum oſtendit.Nã dactylus præter pedem metricum,etiam digitũ ſignat. Ludit Socratẽ amphibolo.

d. Gallina. Alectryon. Græce,nam olim eadẽ voce & gallum & gallinam ſignificabant : poſtea diſtinctis terminationibus efferre coeperũt Alectryon,gallus. & alectriæna,gallina. Ludit ad hec ſenex,cũ gallum inter quadrupedia recenſet.quod Socrates per gallum iurare ſolitus eſſet.

e. Nam cardopos. arca panaria,mortariũ ,maſculinum eſt non fœmininum,vt ruſticus extulerat.

f. Pollet eiuſdem ſunt generis

g. Mortario.perſtringit inexplebilem hominis pauperis,& paraſiti. voracitatem.

*Melius fuerit. hæc cardope,* [a] *Cleonyme.*
*Soc. Neceſſe adhæc de nominibus eſt diſcere,*
*Quæ maſcula, & quæ fœminina ſunt quidem.*
*Str. At noui equidem, quæ fœminina ſunt. Soc. refer.*
*Str, Lyſilla, Philinna, Clitagora, Demetria.*
*Soc. Quæ nominnum ſunt maſcula? Str. innumera, uelut*
*Philoxenus, Meleſias, Amynias.*
*Soc. Atqui miſer, non maſcula ſunt hæc nomina.*
*Str. Non maſcula hæc nomina ſunt uobis? Soc. nihil.*
*Namq; obuium, dic quo modo, tu Amyniam*
*Accerſeres? Str. quonam modo? ſic ſcilicet.*
*Huc huc adeſto Amynia. Soc. en hic* [b] *fœminam*
*Ipſam Amyniam uocas. Str. próinde rectius*
*Qui non facit ſtipendium. ſed quorſum ego hæc,*
*Quæ omnes tenemus, didicero? Soc. per Iouem, nihil.*
*Quin huc ades. Str. quid rei geram? Soc. hic excogita*
*Tuarum aliquid rerum. Str. minimè hic uerò obſecro.*
*Verum ſi oporteat, ſine me meditarier*
*Ea ipſa humi. Soc. non ſunt niſi hæc, alia quidem.*
*Str. Heu me miſerum, quam cimicibus pœnam dabo*
*Hodie.*
*Soc. Meditare nunc, ac diſpice*
*Omnibus atq; mentem*
*Verſa modis, &*
*Teipſum ibi uſque excute: tute te,*
*Vbi incidas in ſcrupos moleſtos,*
*Celer rape, in cogitationem*
*Aliam:* [c] *ſoporq́; abeſto oculis, deliniens*
*Pectus tuum.*
*Str. Eheu, eheu, eheu, eheu.*
*Soc. Quid eſt nam. quid eſt nam?*
*Str. Pereo miſer ego peſſimè: è ſcabellulo*
*Me morſicant, qui ereptitant* [f] *corinthij,*
*Et latera uorant, animumq́; bibunt,*

a. Cleonyme. fœminino genere. vt coarguat eũ cynædum, & mollẽ fuiſſe. nam cum timidus eſſet, deſerebat etiam aciem.

b. Fœminam. ad caſum uocis alludit, iocaturq́; in hominis timiditatẽ, ignauiam, & molliciẽ. Eundem Crates arrogãtem, ſycophantam, aſſẽtatorem nominauit.

c. Alia. ni ut in ſcabello mediteris ac ſtudeas.
d. compoſuit eum in ſcabellum.

e. Refertur hic uerſus inter parœmias. Somnus abeſto oculis, ubi alquis rem aggreditur, quæ ſũmam curam deſideret.
f. Corinthij. fortaſſe, quod p id tempus Athenienſibus infeſti eſſent Corinthij. Lepida uocũ colluſio eſt, Corinthij & coryes, quorum poſterius, cimices ſignat, a quibus queritur ſe infeſtari e lecto, & ſcabello erepẽtibus.

*Et teſtes ipſos euellunt,*
*Et culum noſtrum perfodiunt*
*Meq; adeò totum perdunt. Soc. ne nimium doleas*
*Nunc. Str. qui? mihi nam*
*[a] Caßi nummi, caßusq; color,*
*Caßa eſt anima, caßæ ſoleæ.*
*Hisq; malis accedit & illud*
*Dum canto uigil, penè interij.*
*Soc. Heus quid rei geris? meditare etiam? Str. optimè*
*Neptunum per numen. Soc. ergo quid rei*
*Excogitaſti ſedulo? Str. quid? num mihi*
*A cimicibus reliqui feris quicquam ſiet.*
*Soc. Peribis infœliciter. Str. quin iam bone*
*Dudum perij. Soc. non hic licet ſegneſcere.*
*Verum eſt animaduertendum adeò huc huc ſedulo.*
*Excogitanda eſt, quæ [b] neget ſententia, &*
*Fallacia. Str. hei mihi, quis hic è [c] pellibus*
*Agnûm adijciet, uel quæ neget ſententiam?*
*Soc. Age nunc, uidebo primum, hic autem quid gerat.*
*Heus tu bone uir, dormis? Str. egon? non ſterto per*
*Apollinem. Soc. dic, ecquid habes? Str. non per Iouem*
*Soc. Prorſus nihil? Str. planè nihil, niſi mentulam*
*In dextra hac. Soc. quin tectus aliquid ocyus*
*Meditaberis? Str. quo de, mihi dic hoc Socrates?*
*Soc. Adinuenire, loquere, primumquid placet?*
*Str. Ecquæ uolo? audiſti decies modo millies.*
*Illa ipſa de uſuris, tenear ne ſoluere*
*Quicquã cuiquã unquã. Soc. age, age, con[d]tegere, ſimul*
*Siſtens te apud, tuum ingeniumq; continens*
*Subtile, res ipſas acutè paululum*
*Scrutare, [e] bene conſiderans, & diuidens,*
*Str. Hei mihi miſero. Soc. fac ſis quietus: ſi tuum*
*Qua cogitatio torſerit animum, abijce hanc,*
*Deinde rurſum expende eam ſententiam*

a. Caßi Ad iſtum modũ hos verſus D. Eraſ. reddidit in prouerbio. Ex cubiarum cauſſa canens In hominem vigilantẽ ac diligentem.

b. Neget. priuatiuũ Ariſtophanes dicit, qua daniſtæ vſuram ſit negaturus.

c. Pellib. ἀρνακίδων. alluſum eſt per iocum ad verbum ἀρνεῖσθαι, negare. Dicere debuerat, quis mihi adijciet veſtem barbaricã e pellibus caprinis. Et ĩ voce ἀποστερητισ, indumenti genus, rurſum alluſum eſt ad verbum ἀποστερέω. priuo.

d. Scite. quaſi dicat. aduerte animum diligenter, & totus huc incumbe.

e. Conſid. Qui rẽ quampiam apud ſe expendit, ſic diuidit ſuum conſilium: ſi hoc fecero, illud occurret: ſin illud, rurſum hoc obſtabit.

Identidẽ

Identidem, ac reuoluito. Str. chariſsime
O Socratule. Soc. quid ô ſenex. Str. ſententiam
Vſuræ habeo, quæ priuet, & quæ perneget.
So. Oſtēde eā. Str. quin dic mihi? Soc. quid id rei eſt?
Str. Si fœminam mercatus ipſe ueneficam
Mihi [a] Theſsalam de nocte lunam detraham,
Eamq; rotundo in uaſculo ſpeculum uelut
Includerem. deinde eam nactus mihi
Seruarem. Soc.. at id quid commodauerit tibi?
Str. Nam ſi amplius nunquam exoriretur mihi
Luna, haud cuiquam [b] uſuram equidem perſoluerem.
Soc. quid ita? Str. quia in menſem datur argentū quidem
Tantummodo uſurarium. Soc. euge, aliud modò
Quiddam tibi rurſum lepidum proponam item.
Si quinq; talentorum tibi ſcribatur dica
Quanam ratione eam, mihi dic, ſubuerteres?
Str. Quanam ratione? qua ratione haud ſat ſcio,
Sed queritandum id eſt. Soc. caue ſed nunc tuam
Vertas apud teipſum ſubin ſententiam,
Sed cogitationem in aërem proijce tuam,
Ceu [c] melolonthen prætenui uinctam pede
Lino. Str. dicæ ſubuerſionem repperi
Pulcherrimam, ut prorſus mihi ipſe aſsentias
Soc. Quamnā obſecro? Str. nunquam lapidē ſpeculatus es
Antehac apud hoſce pharmacopolas? ipſum eum
Inquam elegantem, perſpicuum, & pellucidum,
Vnde excitant ignem? Soc. quid? anne prædicas
Vitrum? Str. profectò. Soc. quid, loquere tum poſtea?
Str. Si cœpero hunc lapidem, dicam cum ſcripſerit
Scriba, & procul remotus hic ad lucidum
Solem ſtetero, liquefaciam tum literas
Dicæ meæ. soc. ſapienter id per gratias.
Str. Vt gaudeo, quod quinq; talentorum dica
Expuncta mihi ſiet. Soc. age nunc ſimul arripe hoc,

a. Theſſalos olim veneficiis infames fuiſſe ſatis conſtat.

b. Nam fœneratores vſuram non poſſent exigere nouilunio quod tum nullum eſſet. Ad lunas, & lunarum recurſus pecuniam mutuā dabant, cur lunis vſuræ creſcebant.

c. Hoc eſt, chryſocantharū, ſcarabeum aurei coloris, quem lino prætenui pueri alligatum in altum proijciunt, ac retrahunt. Sic. inquit, liga tuam ſentētiam, vt ubi ex aere corripueris eandem ad te retrahas.

Eludere. deuitare, auertere, effugere litem conteſtatam.

*Qui debiturus, abſq; teſtibus præſentibus*
*Valeas dicam aduerſariorum eludere.*
*Str. Procliue, facillimumq; & hoc. Soc. dic ergo iam.*
*Str. Quin iam eloquor. Lis ſi una conteſtata ſit*
*Adhuc, priusquam poſtuletur mea, fuga*
*Ablatus ut me ſtrangulem. Soc. dicis nihil.*
*Str. Næ per deos, nam nemo me unquam mortuum*
*In iudicium, ui pertrahet. Soc. nugas ſenex*
*Nugaris. hinc faceßе, te nolo amplius*
*Docere. Str. quidum? imo obſecro te per deos*
*O Socrates. Soc. ſtatim tu enim obliuiſceris*
*Quæcunq; didiceris. quid omnium dic doctus es*
*Primum ergo? Str. age, uideã, quid erat primũ? quid erat*

Arcam panariam dicit. quam fœmininogenere ſupra τὴν κὰρδοπον dixit.

*Primum? ecquæ erat, in qua ſubigimus farinulam?*
*Væh mihi miſero, quæ erat? Soc. pereas rudißime, &*
*Senicule ad coruos malè futilißime.*
*Str. Hei mihi, quid ego infœlix miſer incipiam? malè*
*Planè pereo, imò funditus,*
*Quod blatterare didicerim nondum. ſedò*
*Vos conſulite Nebulæ aliquid mihi boni.*
*Cho. At nos ſenior tibi conſulimus, ut ſi ſiet*
*Gnatus tibi adoleſcens, eum ipſum literis*

Pernicibus. hoc eſt, generoſis metaphora ducta ab auibus, quarum uolatus pernix eſt.
Cæſyra. hoc eſt, ſapientibus ingenium Cæſyræ. a prudente muliere Atheniensi Cæſyra. vnde κοισυροῦσθαι, luxuriari, nimium ornari. & κοισυρεῖσθαι. ſuperbire, magna ſapere apud Eretrienſes. a Cæſyra ciue Eretrienſi, quæ ſe, & genere, & opibus nimium venditabat.

*Mittas bonis pro te imbuendum rectius,*
*Str. Eſt mihi quidem bonus & boneſtus, at negat*
*Se uelle diſcere. quid agam? Cho. permittis hoc*
*Tu? Str. habitudine corporis bona eſt, & uiuida,*
*E fœminis prognatus eſt pernicibus*
*Ex Cæſyra, atq; illuſtribus.*
*Quin iam modo ipſum rectà adeo? ſi non uelit*
*Non eſt, eum cur ædibus ui extraxero.*
*Tu ingreßus intrò, punctulum me temporis*
*Obſecrò præſtolare.*

## ¶ Verſio membrorum .x.

*Cho. An bona haud uides multa*

*Statim iam te habiturum.*
*Per nos deas bonas*
*Vnica numina rerum?*
*Promptus hic ut,& eſt pa-*
*Ratus,omne quod poteſt quis*
*Iubere,factum reddere.*
*Tu ſtupidum uirum probè,&*
*Cum penitus iam in cute faſtu tumidum*
*Perſpicuè noris,quod potes abſcinde*
*Ocyßime.ſolent ſecus*
*Talia uertere,ac tu ex-*
*Pectes pectore toto.*
*Str.Non hic manebis per tenebras diutius,*
*Quin hinc faceſſe,& comede columnas Megaclis.*
*Phi.Ah ah miſer,quid accidit tibi pater?*
*Non bene ſapis,non per Iouem illum Olympium.*
*Str.Ecce ecce Iouem autem Olympium: purum, & merũ*
*O ſtultitiam:talem Iouem arbitrarier?*
*Phi.Planè loquere,cur riſeris.Str.quod ſis puer*
*Reputabam apud me adeo,& ſapias priſca:attamen*
*Accede,plura quo ſcias:rem quampiam*
*Tibi proloquar:quam ſimul ad unguem edidiceris,*
*Vir es futurus:at caue mortalium*
*Quenquam edoceas.Phi.id dic quid eſt?St. iuran' Iouem?*
*Phi.Etiam.Str.uiden'ut pulchrũ eſt, bonũq; hoc diſcere?*
*Phidippides non eſt(mihi crede)Iuppiter.*
*Phi.Quis ergo?Str.turbo,qui Iouem exturbauerit,*
*Regnat.Phi.papæ.nugare quid?Str.putato ita*
*Rem habere ſe.Phi.quis iſta narrat?Str.Melius*
*Hic Socrates,& Chærephon,qui ita pulicum*
*Veſtigia nouit.Phi.iam tu eóne inſaniæ*
*Redactus es,uiris ut his ſanis malè*
*Credas?Str.bona uerba quæſo,neu quid dixeris*
*Mali in uiros bonos,quibus pectus ſapit,*

Abſcinde.decortica,fer-ro præſcinde.

Hic Megacles cum omnes opes ſuas decoxiſſet nihil ſibi reliqui fecerat præter ſubdiale, aut caulam,relictis ſolum domus lapidibus.Perſtringis filij prodigalitatem, qui omia bona paterna perdiderat, exemplo auunculi ſui.

Priſca. ſtulta, & nugas.

Ecce ecce. Eraſmus in parœmia,Stultitiaeſt Iouem eſſe putare, oſtendit hunc verſum, poſſe dici in eum,qui grandis natu dicit,aut ſentit abſurdum quippiam

Melius. Diagoras fuit Melius, oppugnator deorum.Ariſtophanes volens & Socratem impiũ in deos ſignificare,Melium quoq; cũ uocat ceu alterum Diagoram.

a *Quorum quidem per parſimoniam utilem*
*Nemo hirtus hactenus, neq; attonſus, neq;*
*Vnctus fuit, nec balneum loturus eſt*
*Ingreſſus unquam. at tu ipſius uitam meam*
*Vt mortui conſumis hanc in balneas*
*Quin tu hinc faceſſe ocyſſimè, atq; incumbito*
*Pro me ſtudijs. Phi. & quid boni tandem queus*
*Perdiſcere ex illis? Str. ea quæ ſunt, mihi fidem*
*Habe, inter homines, utilia, ſcita & callida.*
*Accedit huc, totum teipſum, ut es rudis,*
*Craſſusq;, noſces. me ſed heus hic paululum*
*Modò opperire. Phi, me miſerum, quidnam patre*
*Inſaniente ac deſipiente nunc agam?*
*Agámne reum delirij, an potius grauem*
*Narrabo pollinctoribus iſtam inſaniam?*
*Str. Age uideam. heus tu, quem arbitrare hunc eſſe? dic*
*Mihi. Ph.* [b] *alectryonẽ. St. recte tu quidẽ. quid hãc uocas.*
*Phi. Alectryonem. Str. ambos nomine eodem? es ſcilicet*
*Ridiculus. ne quid cætera addam, iſthanc uoces*
[c] *Alecttreynam potius, illum* [d] *alectorem.*
*Phi. Alectryenam? hæccine grauia ingreſſus modo*
*Didiciſti apud terra genitos intus uiros?*
*Str. Aliaq; multa. at quæ didici ſubin mihi*
*Eadem illicò per ſenium exciderunt grandius.*
*Ph. Et perdidiſti ob id tuam ueſtem. Str, haud meam*
*Hanc perdidi, ſed in ſtudia inſumpſi. Phi. at malè*
*Sane crepidas ubi perdidiſti? Str. ut Pericles*
*Ego perdidi, in id quod oportuit, quin uade, abi,*
*Eamus, & morem patri, pecca, gerens,*
*Vt ego tibi me balbutienti memini item*
*Annos agenti ſex gerere morem, tibi*
*Quando Iouialibus obolo,* [f] *placentulam,*
*Quem acceperam tum* [g] *iudicio primum, emerim.*
*Phi. Næ profecto aliquando ob iſta dolueris.*

a Quorum. ridet philoſophos comas nutrientes, id quod per ſpeciẽ temperantiæ faciebant. At Ariſtophanes dicit id eos non virtutis cauſſa feciſſe, ſed ſordium, & parſimoniæ, Cũ igitur eos maxime videtur laudare, maxime vituperat. Sed filium ad perſimoniam hortatur.

b. Alectrio. gallus.
c. Alectriæna, gallina
d. Alector gallus.
e. In id quod oportuit paræmiæ loco celebratur. Natum aiunt ex oratione Periclis, quem ferunt, data pecunia ab Aſtyanacta rege Lacædæmoniorum, qui bellum parabat, obtinuiſſe, vt ex Attica diſcederet. Deinde cum eius pecuniæ rationem eſſet populo Athenienſi redditurus, puderetq; palam eius pecuniæ vſum proloqui, recte reſpondit ἐς τὸ δέον. Dicitur in eos, qui ſic alienam pecuniã adminiſtrant, vt nõ poſſint reddere rationem.
f. Placen. interpres admonet, ἁμαξίδα. non ſolum curriculum, ſed placentæ etiã ſpeciẽ ſignificare.
g. Iudicio, foro iudiciali. ſub dio. & ſole.

Str. Probè

Str. Probè facis, quod paſſus es ſuaderier.
Meus Socrates. huc huc ades, foras prodi: tibi
Hunc filium adduco meum inuitum, ſimul
Et reſtitantem, ægreq; perſuaſum. Soc. atqui adhuc
Infantulus planè eſt, rudis præſentium
Etiam [a] cremathrarum. Phi. fueris tu tritior
Si [b] pendeas. Str. minimè interim ad coruos quidem.
Soc. En pendeas: uelut ſtolidus loquutus es
Labris hiantibus. atqui hic effugere dicam
Perdiſcere qui poterit? aut uocabula, aut
Facundiam, ut perſuadeat? id Hyperbolus
Didicit talento quod fideliter tamen.
Str. Itaq; doce, ingenio ſapit quàm maximè.
Statim ab ineunte pueritia uſque tantulus
Fictilia domi formabat, & naues probè
Sculpebat, & è corio dabat placentulas,
Et plauſtra ad hæc ex [c] corticibus granati item
Ranunculas mali effigiabat. qui placet?
Diſcet tamen dicendi utramq; formulam,
Præſtantiorem, atq; inferiorem. ſin minus,
Hanc certe iniquam omni ſtudio, ac pro uiribus.
Soc. Perdiſcet ex ipſis is ipſe ex generibus
Orationum. Str, ego hinc abero. porrò interim
Fac ſis memor, aduerſus iuſta ex æquo omnia
Vt poſſit ubiq; dicere.

CHORI.

Iuſ. ſer. Huc huc prodi, ac teipſum oſtende
Licet audax, ſpectatoribus his.
Iniuſ. Ito, tibi quò libitum eſt, multo
Mage te ad populum dictis perimam.
Iuſ. Perimes tu? quis tandem es: Iniuſ. quiſnam?
Oratio. Iuſ. uerum illa inferior.
Iniuſ. Quin te uincam, meliorem me
Que te memores eſſe. Iuſ. obſecrò, quid

a. Cremathra. pēſile vas eſt, cuiu ſmodi ruſtici in ſiccandis caſeis vtūtur. Per hoc ſerū dimanat, cuiuſmodi vas fictile ſolet a fune ſuſpendi in promptuariis domeſticis, ad conſeruanda eſculenta contra mures. In ſumma, omne pēſile receptaculum ita vocatur a verbo κρέμαμαι. Socrates hic loquitur de inſtrumentis aſtronomicis, & geometricis, ita pendentibus.

b. Pendeas, qui pendet fune illi collū teritur. Amphibolum eſt in verbo. τρίβω. quod tero ſignat, & exerceo.

c. Corticib. e corticibus punici mali. E pellibus rotas, & plauſtra faciebant exuctis inteſtinis, e corticibus ſculpebant ranunculas.

*Sapienter feciſti? Iniuſ. reperi*
*Sententiolas multa arte nouas.*
*Iuſ. Scilicet hæc per [a] fatuos hoſce*
*Florent. Iniuſ. non, ſed per ſapientes.*
*Iuſ. Perdam te infœliciter. Iniuſ. id qui*
*Feceris, edic? Iuſ. iuſta orando.*
*Iniuſ. Quibus inuerſis contradicam*
*Iuſticiam dicam nullam eſſe*
*Prorſus. Iuſ. nullam ais eſſe? Iniuſ. [b] ubi quæſo eſt?*
*Iuſ. Apud ipſos ſuperos. Iniuſ. iuſticia hic*
*Quænam eſſe poteſt, cùm perdiderit*
*Patrem uinctum Iuppiter ipſe.*
*Iuſ. Papaè, & hoc cedit, [c] graditúrq; malum*
*Mihi porrigite heus iam nunc [d] peluim.*
*Iniuſt. Delire ſenex, incompoſite.*
*Iuſt. Tuq; cynedus es, & ſine fronte.*
*Iniuſt. Mihi narraſti, crede, [e] roſas. Iuſt. [f] ſcelus*
*Iniuſt. Mihi tempora coronas lilijs.*
*Iuſt. Tum patricida. Iniuſt. nec auro aſpergere*
*Me haud ſcis te. Iuſt. non antehac, uerum*
*Plumbo. Iniuſt. nunc ornamentum eſt hoc*
*Mihi. Iuſt. ualde audax es. Iniuſt. tu [g] priſcus.*
*Iuſt. [h] Per te iuuenes nulla frequentant*
*Studia. ergo breui notus Athtenis*
*Fueris, ob ea, quæ tu doceas*
*Fatuos hoſce.*
*Iniuſt. Squalles turpiter. Iuſt. at tu contrà*
*Viuis fœliciter, antè tamen*
*Qui mendicabas, & Myſum*
*[i] Telephon eſſe referres,*
*Ex peridio*
*[l] Sententiolis Pandeletëis*
*Veſcens iugiter.*
*Iniuſt. O ſapientiam amicam, cuius*

a Fatuos. cum iuſta dicẽdi ratio apud Athenienſes contemptui eſſet, ob id ſtultos eos uocat.

b Acerbe perſtringit Athenienſes, ob neglecta iudicia.

c Quaſi dicat, hoc malũ prope accedit, ironice.

d Date mihi peluĩ. qui præ bile ac nauſea ſit uomiturus, aut ubi quid uehementer odioſum eſſe ſignificamus.

e Roſas loqui, eſt uerba gratiſſima & amabilia dicere.

f Scelus. βωμολόχοσ eo nomine prouerbiali conuitio dicebantur, ſceleſti & improbi: ſic enĩ appellabantur ii, qui circa aras uictimis inſidiabantur.

g Priſcus, hoc eſt, iã pridem obſoletus es. ſtultus, & canis obſitus.

h Per te. propter tuam amentiam iuueues deſerunt ſtudia, nec mathematicas artes vtiliſſimas diſcunt.

i Telephum, Græcis troiam petentibus, & Myſiam, ubi Telephus regnabat, populantibus, poſtea Achilles eum ad Troiam grauiter uulnerabat. Oraculo inde monitus in Theſſaliam delatus, curatus fuit. Hunc Telephum Euripides in tragœdia infœliciter agentem introduxit, geſtantem peram. & mendicantem panem.

l Sentẽtiolas Pandeletæas dicit, aridos panes, a Pandeleto nobili ſicophanta, Perſtringit the-

*Meminiſti modò. Iuſt. & ò ueſtræ urbis*
*Inſaniam, alit quæ te, iuuenes*
*Perdentem turpiter. Iniuſ. hunc nunquam*
*Sis a Saturnus liceat, doceas.*
*Iuſt. Siquidem ſeruari conueniat*
*Ipſum, ac neq; ſolum garrulita-*
*Tem exercere. Iniuſt. faceſſe huc, ſinito hunc*
*Inſanire. Iuſt. fleas, etiamne manum*
*Inſuper inijcis?*
*Cho. Parcite pugna, parcite dictis*
*Sæuis. at tu oſtende, uetuſtos*
*Quæ docuiſti: tuq; recentem*
*Doctrinam, quò utrumq; locutum*
*Poſtquam audierim, iudex miſſos*
*Faciam. Iuſt. facere hæc uolo. Iniuſ. & ego uolo.*
*Cho Age, uter ueſtrum prior ediſſeret?*
*Iniuſt. Huic donabo.*
*Atq; hinc ex his, quæ dixerit is,*
*Ipſum argumentis conficiam,*
*Dictiſq; nouis, iaculis tanquam.*
*Poſtremò, quod ſi mutierit,*
*Oculis, ac uultu omni uelut*
*A crabronibus expunctis, ſic*
*Per noſtras ſententiolas*
*Malè perdetur.*

## ¶ Verſio carminum .x ij.

*Cho. Nunc dexteris ſiſi probè*
*Tum rationibus, tum*
*Curis profundis, ac ſtudijs*
*Vos alacres, uternam*
*Veſtrum ſit in dicendo, age,*
*Magis fortis, prodite.*
*Omne periclum hic uertitur abditæ*
*Sophis qua de noſtris agitur*

tores, e mendicorum ſu-
dore & ſãguine diteſcẽ-
tes.

m. Peridium, perula. di-
m inutiuum a pera. Nã
Euripides Telephũ pe-
ram geſtantem induxit.

a. Saturnus. Græ. Satur-
nus varie in prouerbiũ
vſum trahitur. in eos,
qui ætatis vitio deſipi-
unt. in deliros ſtupidos,
& ſtolidos. & pro nugis
Nam Cronos id eſt Sa-
turnus a poetis podagro
ſus, ſenex, & temporum
deus fingitur, quaſi χρό
νος tẽpus. Proinde hoc
loco. Saturnus. delirus
& obſoletus.

*Ingens certamen amicis.*
*Verum heus tu, qui ſeniores paßim moribus excultis*
*Iure coronas, & qua gaudes, uocē rumpe ſimul. ſimul &*
*Propriam ipſius naturæ indolem, ut eſt, eloquitor.*
*Iuſ. Proin ueterē doctrinā, ut tunc erat, effabor prior, & habebat,*
*Cum iuſtis cauſis olim orandis florerem ſumme, atque*
*Ipſa pudicitia foret magni. in primis pueri mußantis*
*Vocem audire ullam nulli fas erat: inde modeſtè nudi*
*Pagani ſimul omnes. perq; uias ibant ad* [a] *citthariſtam,*
*Etiamſi nix toto rueret cœlo præceps in terras.*
*Mox inde hos, qui femora haud* [c] *coniūgere ſat norāt, pri us ipſos* (*trocem,*
*Canere erudiebant, uel* [b] *Pallada populatricem urbium a*
*Vel longe accitū clamorē aliquē, fremituq; lyræ dulcem,*
*Atq; harmoniā citharæ pulſabāt, quā tradiderūt patres.*
*Siquis eorū bomolochū egißet, aut flexū aliquē flexißet,*
*Quales hodie prauos flexus, hi, qui* [f] *Phrynin ſectantur,*
*Multis cædebatur uerberibus, ut is, qui Muſas rectas*
*Corrumperet. in* [g] *ludo uerſantes ita oportebat pueros*
*Femur hic* [h] *extēdere, ne quod dedecus circūſtantibus uſq;*
*Obijcerēt. deinde iterū cōfundere puluerē, ubi ſurrexint.*
*Tum autem, ne* [i] *pubertatis amatoribus ullum ſimulacrū*
*Reliquū facerent. infra umbilicū nemo puer temporis id*
*Vngebatur, cur genitalibus, ut pomis, ros florebat*
*Et lanugo: nec erat, qui mollem permiſceret uocem*
*Ad amatorem, ſixe iret, quo ipſe oculis ſeipſum illius*
*Proſtitueret uſquā. fas nec erat cœnanti furtim rapere*
[l] *Raphani caput, aut præripere anethū ſeniorū, non apiū*
*Non obſonia ſumere, neq;* [m] *turdis ueſci, aut retinere pe* (*des*
*Modo, ſic modo ſic.*

a. Erant Athenienſes citharæ in primis ſtudioſi, vt inter diſcendū ſui eſſent negligentiores.

b. Pallada. vtrumq; carminis genus erat. quorū illud fuiſſe Lamproclis Athenienſis, Midonis cuiuſdam filij aiunt. Habebat autē ad hūc modū παλλάδα πεςσέπτολιν κλήιζω. Poſterius vero incertum cuius fuerit. Putant tamen fuiſſe cuiuſdam Cydidæ Hermionis.

c. Qui femora. qui diſſoluti ſtabant, ne in anguſtijs verenda ſtringeret, ex conpreſſione inguinum.

d. Bomolochum. ſceleſtum, & improbum, ſiue qui ex aliorum accuſatione nonnihil compendij auferret. Item qui ſub re diuina nugas blaterant. De bomolocho paulo ante annotatum eſt.

e. Flexum. reſipit prouerbium,

f. Phrynin. hic citharædus fuit Mithylenæus, qui videtur primus apud Athenienſ. Callia principe. viciſſe Panathenaica.

g. Ludo. in eo loco. vbi pueri exercebantur.

h Extēd. decore ſedere. vt circūſtantibus nihil indecorum conſpicuū eſſet.

i Puber. in tenuiſſimo ſabulo nudi exercebantur. Huiuſmodi enim petebant.

l. Rhaph. ca. vt calidum. & quod res Venereas excitaret

m. Turdis aut coturnicibus. id enim ſignat verbum κιχλίζω, coturniſſo. immodeſte ridere, gulæ indulgere, & delicate viuere,

Iniuſ. Priſca

*Iniuſt. Priſca hæc ſanè, atq; obſita canis, nec nō* [a] *repleta cicadis*

*Ac* [b] *Cecidæ cum* [c] *Buphonijs. Iuſ. iſthæc igitur ſunt illa,*

*Quibus egregios diſciplina uiros mea bellatores ad*

*Marathonē enutriuit. ſed tu præſentes mox palliolis,*

*Et ueſte doces inuolui ſtragula, ut obſtringar laqueo, cum*

*Saltare hos Panathenæis rite neceſſe eſt* [d] *Tritogeniæ.*

*Genitalibus obtendentes ſecurè ſcutum. quapropter*

*Adoleſcens animo delige ſecuro tu me rationem*

*Docendi potiorem. oderis uſq; forum, ſimul abſtineas à*

*Balnēis. erubeas ob tui pia, quamuis te comburi*

*Vltro cauilletur quiſquam, ſenioribus omni in conſeſſu*

*Aſſurge accedentibus, aduerſusq; parentes nihil auſis*

*Praui moliri, neque quicquā turpe aliud feceris unquā,*

*Namq; pudoris ſimulacrum ingenui deturpabis fœdè.*

*Ingredier in orcheſtrida noli: ne inhians auidè atque intentus*

*Ad ea, à ſcortillo* [e] *malo percuſſus laudatam famam*

*Amittas. nihil unquam patri contradicas. nec Iapetum*

*Si uocitarit, ne meminerit unquā prima iuuenta malorum, ex*

*Qua à puero nutritus fueris.*

*Iniuſ. Hæc ſi tibi committas adoleſcens ab eo perſuaderi*

[f] *Hippocratis gnatorum ſimilis fueris. te ſimul appellant*

*Stolidū ac ſtupidū. Iuſ. quin ingenio maturus florēsq; olim*

*In gymnaſijs uerſabere, non garrulus inſulſè circa*

*Arguta, & ſpinoſa foro, qualia rhetores iſti uulgò*

*Hac ætate, non agitatus circa humiles & uiſcoſas res.*

*Quin potius deſcēdas in noſtrā academiā, ubi ſub Diuæ*

*Olēis albo* [g] *calamo redimitus cum ſocio æquali ac frugi*

*Diſcurres, redolēs milaca, & apragmoſynē tēpore uerno*

*Populo ab alto frōdes fundente uoluptatem capies, cum*

*Platanus leuiter ſtridet, folijs ulmus opaca ſuſurrat.*

a Repleta ci. Eraſ. admonet oli in ſtultos, & glorioſos, aut vetures deſitis, & obſoletis. ſumptā ab Atticis, qui aureas cicadas cincinnis capitum addere ſolebant.

b Cecides, antiquus dithyramborum ſcriptor fuit. cuius etiam meminit Cratinus in Panoptis.

c Buphonia. Feſtū priſcū Athenienſiū erat, a boue dictum, quem tū ſacrificabant, in memoriam primi bouis occiſi ī arce, qui placentā in Bacchanalibus ſacris paratā deuorarat.

d Tritogeniæ. Palladi. Saltationis genus erat, quæ vocatatur enoplios, hoc eſt, armata. pueri enī in Panathenæis armati ſaltabant.

e Malo. id eſt, amore, nā malis petere dicebant, ad res venereas ineſcare. eſt autem malum Veneri ſacrum. et malis ferire dicuntur, qui muneribus aſſequi ſtudent id quod optant.

f. Hippo. gna. Teleſippi, Demophontis, & Periclis, ad porcile vſque notati.

g Calamo. vilis ac tenuis hæc corona erat. Peculiare erat Caſtori, & Polluci arundine coronari.

h. Diſcur. mos erat exercitatis, vt vncti in ſole decurrerent,

i. Milax, herbæ genus eſt,

l. Apragmoſyna herba erat, quæ in Academia naſcebatur, leucæ quam latini populum vocant, ſimilis eſt platano. Hæc platanus vmbræ gratia, in magno pretio veteribus fuit. Cæterum Academia oleis, & alijs quibuſdam arboribus opaca, vmbroſaq; erat.



Hæc ſi, quæ

*Hæc ſi, quæ dico, ſic facias,*
*Aduertas his ſedulus animum,*
*Tibi erit pectus ſemper cultum,*
*Color inſignis, magniq; humeri.*
*[a] Lingua breuis, [b] podex etiam ingens.*
*Exiguum [c] membrumq; uirile.*
*Sin ea, quæ præſentes, ſtudio*
*Secteris omni, primum pallidus*
*Obtinget tibi color, exigui*
*Humeri, pectus macilentum, atq;*
*Lingua ingens, nates exiguæ.*
*Magna penis, Longum [d] decretum.*
*Perſuadeberis omne putare*
*Quod ſit turpe, id honeſtum: contrà*
*Quod honeſtum, iſtud ducere turpe,*
*Atq; Antimachi*
*Fœdo opplebis dedecore omnia.*

a. Lingua prudẽtiæ ſymbolum.
b. Podex. ad riſum cõcitandum hoc dixit. ſiue quod per ſplendidam, & mundũ victum carnoſas nates ſit habiturus.
c. Memb. perſtringit oblique Athenienſes.
d. Decre. compoſitum multiloquio.
e. Antimachus cynædus & forma eleganti. iuxtaq; mulieroſus, ſecundus, qui ob nequitiam ſuam a comicis perſtrictus fuit. Tertius Pſecus. quartus Trapezita. quĩ tus hiſtoriographus.

## Reuerſio membrorum. xij.

*Cho. O qui pulchrè turritam*
*Et ſapientiam almam*
*Colis, tuis quàm ſapiens*
*Dulcis ineſtq; dictis*
*Flos. at beati erant uiri,*
*Viguere qui, cùm eras.*
*Nunc ſi habeas quid a uetuſtis*
*Bellæ Muſæ, aliquid*
*Noui decet te effarier,*
*Quod celeber fueris.*
*Aduerſus hunc uidetur opus tibi grauibus conſilijs*
*Eſſe. modo ſtat uirum hunc ſuperare, nec mouere riſum.*
*Iniuſ. Iampridẽ ego præfocor ægritudine, ac cupio uehe-*
*Cõtrarijs hæc õnia confundere rationibus, atq; (menter*
*Argutijs refutare. Etenim ego equidẽ inferior uocatus*
*Sum ob id, quod inter ſerios primus, ſtudioſósq; auſus*

Fuerim ipſe

*Puerim ipſe controuerſijs ac legibus uiciſsim*
*Contra ſtatim dicere. & id ego uel cenſeo infinitis*
*Stateribus pluris, minorem orationem arreptam*
*Mox poſtea obtinere palmam. hic inſtitutionem,*
*Cui nixus eſt, ut ego refellã, aduorte quæſo animũ nunc,*
*Qui ſe neget calida lauarier primum ſiturum*
*Te. ſed quid argumenti habes, quo uituperes lauacra*
*Calida. Iuſ. quoniam iſthuc peſsimum eſt, & reddit homĩ*
*nem timidum. (fugias.*
*Iniuſ. Deſine, medium nam te ſtatim tenuero, ut haud ef-*
*At dic mihi, quemnam Iouis gnatorum animo uirum tu*
*Fuiſſe præſtantiſsimum putas? labores & qui (dem*
*Quàm plurimos exhauſerit? Iuſ. præſtantiorẽ ego equi*
*Nullum Herculem ipſo iudico uirum. Iniuſ. dic unquam*
*ubi uidiſti*
*Lauacra gentium Herculea frigida? quis hoc fuit unquã*
*Vir fortior? Iuſ. ſunt iſta ſanè ea ipſa, quæ refertum*
*Quotidie reddunt balneum iuuenum, ſine delectu gar-*
*Rientium, uacuas uiciſsim per Iouem palæſtras.*
*Iniuſ. Ergo forenſem exercitationem, & otium tu*
*Damnas, ego autem laudo. quod ſi eſſet malum, facundus*
*Profectò Homerus eloquentem Neſtorem feciſſet*
*Non concionatorem, & omnes una opera ſapientes.*
*Hinc tranſeo ad linguam iam, in qua hic pubem negat de*
*Publicitus exercerier: ſed ego uiciſſim affirmo. (bere*
*Et ait, moderatos eſſe oportere: duo maxima mala.*
*Dic mihi, cui unquam per modeſtiam fuiſſe lautè (cis.*
*Vidiſti? & apertè me redargue, ubi dixeris. Iuſ. non pau-*
*[a] Peleus enim accepit gladiũ ipſum propterea. Iniuſ. gla*
*dium ille?*
*Næ accepit infœlix lucrum admodum elegans. ex lychnis*
*[b] Hyperbolúſne per dolum, & ſcelus parauit pluſquam*
*Talenta multa? per Iouem, minimè gladium. Iuſ. Thetinq;*
*Modeſtiæ uxorem ſuæ cauſſa parauit Peleus.*

a. Peleus. fabulantur gladium Peleo a dijs traditum. ob expulſas feras: alij quod in certamine cum Pelia ob modeſtiã, & moderationem gladium a vulcano factum accepiſſet. Alij alias referunt hiſtorias ſaluloſas.

b. Hyperbol. hic lucernarum faber fuit mire verſutus: non ſolum enim ad earũ ſtructurã ferro vtebatur, ſed etiam plũbo, vt pondus aliquod accederet. vt pluris venderetur. Ita emptores ludebat.

Iniuſ. Deinde

Iniuſt. Deinde [a] relicto eo, fugã fecit, nec conuitiũ ulli hic
Fecit, quoad uixit, neq; continuare totas noctes
In ſtragulis dulce fuit. aſt gaudet ipſa coniunx
Coitu uiri. delirus at tu es, & calumniator.
Atqui ò adoleſcens, in modeſtia, uide quænam inſunt,
Quantisq; uoluptatibus es exuendus his: puerulis,
Mulieribus, tum [b] cottabis, obſonijs, potuiq;,
Sed & cachinnis immodeſtis. tibi quid enim iucũdũ eſt
Vita frui, ſpoliere ſi his? nunc tranſeo ad naturæ
Studio neceſsitatem.
Peccaſti, amaſti, adulterium commiſeris. quid? fueris
Depræhenſus, omnino periſti. nam imperitus artis
Dicendi es. at uerſere ſi mecum, utere natura, hoc eſt,
Salta leuis, ride, nihil arbitrator eſse turpe.
Si porrò adulter prenſus eris, ſic dicito contrà, quod
Peccaueris præſens nihil: deinde in Iouẽ trãsferto:
Et ille fœminis, amoriq; inferior eſt ſanè.
Et cùm ſies mortalis ipſe, qui deo plus poſses?
Iuſ. Quid ſiquis abs te peſsimè perſuaſus in poſticum
[c] Raphanis adactis, cineribus prænſus ſparſis uellatur,
Et uerberetur, erit, minus cur ſit adulter lato
Is podice conſpicuus?
Iniuſ. Si [d] podice lato maximè fuerit, mali
Quid perferet is tandem? Iuſ. quod amplius malum
Tandem feret, quam hoc? Iniuſ. quid mihi dices, ſi ad hos
A me ſupereris item? Iuſt. tacebo ſcilicet,
Quid poſsum aliud? Iniuſ. agedum, mihi eloquere bone.
Patrocinantur ex quibus?
Iuſt. E podicibus latis. Iniuſ. ego id
Credo. ex quibus tragœdias
Tum facitant. Iuſt. latis item ex
Podicibus. Iniuſt. & id ſanè probè
Narras. populi ex queis deniq;
Res adminiſtrant? Iuſ. uelut

a. Relicto. fabulatur Thetin omnes liberos, quos ex Peleo ſuſceperat, ambuſſiſſe, ut eorum corpora immortalitate donaret. quare cum Achillẽ natum in ignem conieciſſet, Peleus exclamauit. Illa contriſtata, ac irata, ab eo diſceſsit.

b. Cottabus. in sympoſijs luſus genus erat, poſitus iuxta erat lebes, in quem reliquum vini inuerſo poculo torquebãt. vnde clarior ſonus ex colliſione reddebatur.

c. Rapha. in adulterio deprehenſi flagris primum contumelioſe cædebantur: raphanis in podices impactis euellebant eos, calidumq; cinerẽ inſpargebant. atq; hæc erat pœna deprehenſorum.

d. Latos pod. homines molles vocat, & effœminatos. perſtringit omnium Athenien. molliciem in vniuerſum.

e. Inuehitur in Phrynichum choreutam tragicum excẽdiſſe. varie a comicis molliciei notatus fuit.

Dixi, ex ijs

*Dixi,ex ijs ipſis,modò*
*Podicibus.Iniuſ.ergo intelligis*
*Nunc,quod nihil dicas?uide*
*Plures utri hic,interq; ſpectantes ſient.*
*Iuſ.Contemplor.Iniuſ.ecquidnam uides?*
*Iuſt.Ne per deos,uides quibus*
*Lati ſient hoc podices*
*Plures theatro multo undique.*
*Namq; hunc ego noui,illumq; crinitum,hunc item.*
*Iniuſ.Quid ergo ais?*
*Iuſt.Victi ſumus.Phi.*[b] *uos ò uiri,*
*Hic qui mouemini,*
*Veſtem accipite meam obſecro*
*Hanc per deos,*
*Ad uos aliquando ſponte*
*Meapte quod reuertar.*

a. Monſtrat digito,quos nouit molles,

b .Vos o viri. Dubiũ vtrum hæc uerba iuſtior ſermo dicat, qui fatetur ſe victum, an adoleſcẽs qui iudex verborum vtriuſq; ſumptus fuerat. hocq; veriſimile. nam melior dolet mox vicẽ adoleſcentis,quod alteri ſe tradiderit.

[c] Syſtema ſecundum inciſionẽ uerſuum viij.

c.Syſtemata apud muſicos ſunt principales partes,quæ conſtant certo tractu pronũtiationis, quæ dicuntur diaſtemata omnium diaſtematũ. Atque horũ partes ſunt phthõgi,quos nos ſonos vocamus, prima cantus fundamenta.

*Soc.Quid nunc?tuum*[a] *gnatum inſtituendum adducis huc?*
*An te doceo orandi ſcientiam?Str.doce,&*
*Puni,ac memor faxis ſies,ut robores*
*Ipſum mihi pulchre.in utrumq; acue.quin alteram ad*
*Contentiones prætexues,maxillam,item*
*Verò alteram eam,ad maiora negotia.*
*Soc.Eſto otioſus,auferes induſtrium*
*Eum ſophiſtam.Phi.pallidum,& miſerum puto.*
*Cho.Iam nunc abi,in futurum*
*Puto pœnitebit te horum.*

[d] ¶ Aduerbium.

Parabaſis eſt, qua chorus ad populũ cõuerſus loquitur aliquid, quod ad fabulæ argumentum non pertineat.Hoc aduerbiũ non conſtat omnibus parabaſeos partibus,ſed ſolum aduerbiũ eſt parabaſeos.In hoc ſolet vel conſulere bene reipub. vel malos dicacitate agitare.

*Quid lucri ferẽt,chorum hunc iuuare ſi nunc iudices*
*Studeant,ex his,quæ iuſta ſunt,uobis certum eſt dicere.*
*Noualia ſi feceritis tempore primum ſuo,*
*Pluuiam uobis dabimus in primis,deinde relliquis.*
*Adhæc,uites ferentes fructus tuebimur ſuos.*
*Neu ſitus,aut ſiccitas infeſtet,aut imber grauis.*

*Sin deas nos aliquis mortalium leſerit truci*
*Contumelia,aduertat animum,quanta perferet mala*
*Is à nobis.quando nec uinum ex agello,imò nihil*
*Percipit,cùm oleæ,atq; uites germinauerint,ſtatim*
*Excidentur.talibus quidem aggrediemur malis*

Fundis.a funda.

*Cædere fundis,ſi coquentes lateres cernamus,en*
*Pluemus largiter,& tegulam tecti eius ſimul*
*Grandinibus turbinatis,proteremus peßimè.*
*Si ipſe,uel conſanguineorum,aut amicûm quiſpiam*
*Aliquando duxerit uxorem,noctem totam effuſius*
*Pluuiam fundemus,ut uelit forſan id contingere*

a.AEgypto.nã illic non videtur pluere,teſte He rodoto.Optabit id illic contingere,vbi a nubibus nullum ſit damnũ accepturus.

*In* [a] *AEgypto potius,iſthic ſi ſiet,quàm uel malè*
*Iudicaße.*
*Str.Quinta,atq; quarta,tertia poſt hanc,ac dein*
*Secunda,tum quam ego maximè metui omnium,*
*Atq; horrui,deteſtor,ac miſer execror*
*Dierum,adeſt poſt hanc ſtatim neomenia.*
*Omnes,quil ..s ſum obnoxins,quando obuio*

b.Prytanea, erant decimæ nominum,quas fœneratores pro viatoribus,aut iudicum apparitoribus pẽdebãt, quod debitores iudicio ſiſterent,vt illis coram iudicibus accitis, creditores ſummum ius perſequerentur.De eadem pecunia ſportulæ iudicium perſoluebãtur.Erat præcipue ea pecunia ab actore, & reo conſtituendi iudicij cauſſa, depoſita, qui ſuccubuiſſet, omnia reſoluebat.

*Iurant,* [b] *Prytaneïs mihi poſitis,ſe perditũ*
*Aiuntq; me ire,& perditum me funditus.*
*Et cum mediocria,& æqua ſupplex poſtulo,*
*O uir quater beate,ne nunc ceperis*
*Illud,mihi hoc quæſo(parum eſt)procraſtina,*
*Iſtud remitte.& hic negant unquam fore*
*Vt conſequar,ſed me ſuperbis increpant*
*Dictis,& iniuſtum eße me dicunt mihi,&*
*Vocaße me in ius.nunc igitur hi iudicent.*
*Equidem moror ne tantulum,ſi didicerit*
*Phidippides dicere bene,& cultè modò.*
*Quin cito,ſcholæ foribus trepidè quaſſis,ſciam.*
*Heus gnate mi,heus heus gnate mi.Soc.iubeo libens*

c.Hunc.Thylacum farinæ donat Socrati.Supra enim dixit, ego arcam tuam panariam farina onuſtam dabo.

*Saluere multum Strepſiaden.Str.& te equidem ego.*
*Quin* [c] *hunc prius accipias.decet uenerarier*
*Aliquo magiſtrum reddito munuſculo.*

Sed dic mi

Sed dic mihi, num filius perdidicerit
Orationem illam meus, quem tu modò
Huc duxeris intrò ſcilicet.
Soc. Didicit quidem. Str. ò omnium regina fraus
Deceptio, impoſturaq; nimis quàm bona
Soc. Ita ut effugias facillimè nunc quodlibet
Et iudicium, & litē. Str. licet adfuerint, cùm mutuo ac-
ciperem, ibi teſtes? Soc. maximè, mille & licet
Vel adfuerint.
Str. Ergo libet clariſſima ex-
clamare uoce. flete iò
O fœneratores tenues,
O uosq; ſortes, fœnera atq; fœnorum.
Non amplius quicquam mali ſaxo, ut mihi
Struatis. educatur his in ædibus
Mihi talis gnatus,
Lingua præacuta
Vtrinq; relucens.
Tutor, ſcopulus mihi item,
Seruator ædibus, inimicis
Infeſtus, & magnorum patris exolu-
torq; malorum.
Quod potes euoca ex
AEdibus huc foras.
Fili, ò fili, ò fili.
Prodi tectis,
Audi patrem.
Soc. En hominem ipſum.
Str, Chare ò, chare.
Soc. Accipe tu, atq; abi.
Str. Eheu. eheu fili.
Hei hei, hei hei.
Vt lætor, ubi primum colorem iſtum tuum
Aſpicio. nunc uultum uideris mihi prius

a. Quem. articulus ὅν, referendus potius mihi videtur, ad filium quā ad λόγον. hoc eſt, oratio-nem, ſiue ſermonē, cui, ut antecedenti proxime apud græcos adhæret.

Colorem. quod præ ni-mio ſtudio palleat.

*Planè*[a] *negatiuus, ualeas nunc qui omnibus*
*Et contra ubiq; dicere, & uernaculum hoc*
*Re ipſa uiget. quid hoc placet tibi? quid ais?*
*Viderier, affici afficientem iniuria*
*Debere, agentem item uiciſsim ſubdolè.*
[b] *Noui quod, ac uultu*[c] *Atticus planè eminet*
*Aſpectus ipſo. nunc uti fideliter*
*Serues uide, quem perdideris planiſſimè*
*Phi. Ecquid metuis autem? Str. Nouilunium, diem*
*Trigeſimum menſis.*[d] *ueterem lunam & nouam.*
*Phi. Ecquis dies hic ultimus eſt, idem & nouus?*
*Str. In quem mihi dicunt ferendas*[e] *ſportulas.*
*Phi. Perdentur infœliciter qui*[f] *conferunt.*
*Etenim haud poteſt fieri,*[g] *ut dies unus, duo*
*Sint. Str. non poteſt fieri. Phi. quo enim pacto? niſi*
*Eadem fuerit iuuencula forſan, atq; anus.*
*Strep. At moris eſt, & legibus ſancitum. Phi. at hi*
*Legem puto, haud intelligunt rectè, ſibi*
*Quidnam uelit. Str. quid uult ſibi tandem obſecro?*
*Phi. Vetus ille Solon, erat ingenio popularior*
*Str. Atqui hoc nihil hic ad ultimam atq; eam nouam.*
*Phi. Ipſus duos uocationem ipſam in dies*
*Statuit, id eſt, in ultimam atq; illam nouam, ut*
[h] *Depoſitiones in nouilunio forent.*
*Str. Cur ultimam ſubiecit? Phi.*[i] *infœlix, die*
*Vt poſtulanti uno, qui adeßent, poßient*
*Dimittier ſponte ſua. id autem ſin minus*
*Mœrore mane poſtridie neomenia*
*Tabeſcerent. Str. quid? ergo curnam ſportulas*
*Neomenia non accipit, ſed ultimo*
*Nouoq; magiſtratus? Phi. id quod ſanè mihi*
*Admittere*[l] *propolæ uoraces turpiter*
*Videntur, & negotiatores, uti*
*Qui in ſportulas ocyßimè ſibi ſubtrahant.*

a. Negat. qui polleas negando debita.
b Noui quod elipſis. ſub. uidetur tibi.
c Atticus aſ. prouerbiũ in eos, qui vultu præ ſe ferunt impudentiã. Atticorum mores impudentiæ vitio notabantur.
d. Veterẽ. Siue vltimã, & nouam ſic Græci nouilunii diem, hoc eſt, neomeniã vocãt. ἕνην καὶ νέαν.
e. Sportu. quæ paulo ante dixi prytanea appellata fuiſſe.
f. Confer. ſportulas ad intendendam litem.
g. Vt dies. ſophiſticatur, vnum eundemq; diem, nõ poſſe eſſe, ἕνην καὶ νέαν.
h. Depoſi. ideſt, iudicia, & mutationes ſportularum.
i. Infœlix. vt præſentes inducti, ſi ſibi iniuriarũ male eſſent conſcii, & deberent, dimitterẽtur ad agendum, vt ſic rei conſtituti vnum diem ante diſſoluerentur: ſin minus, neomenia iudicarentur. Ergo ad deliberandum concedebatur illis dies trigeſimus
l. Propo. προτένθαι. Anticipantes, prærodẽtes obſonia, priuſquam conferuntur in forum, pluris diuendentes: negotiatores, qui merces mercibus commutant. guloſi, intemperantes. His nõ datur deliberatio illa. ſed ſtatim ſoluere incipiunt.

*Cur præſtitutum tempus occupauerint*
*Vnum diem. Str. pulchrè quidem ò* [a] *cacodæmones.*
*Quid deſideris nunc rudes, & neſcij,*
*Qui noſtra ſapientum lucra eſtis ſordida,*
*Lapides,* [b] *numerus, pecus, amphoræ ſuperfluæ.*
*Quapropter ob fœlicitatem ſeriò*
*Iſthanc canendum in me meumq́; filium hunc*
*Iam nunc mihi eſt encomium.*
*Quater ò Strepſiades*
*Fœlix, ſapiensq́; tu*
*Prognatus es, qui filium*
*Talem educaueris, mihi*
*Dicet popularium, &*
*Frequens amicorum grex*
*Inuidens, cùm iudicia facundus in*
*Foro perorando benè*
*Liteſq́; tu obtineas graues.*
*Sed te prius cibum uolo*
*Intus capere.*
*Cred.* [c] *Deinde hominem quorſum eſt opus aliquid ſui*
*Donare? Teſ. minimè, quin ſatius fuerat ſtatim*
*Ab initio erubeſcere, quàm infeſtarier.*
*Nunc quando te pecuniam propter meam*
*Ipſum traho teſtaturum, adeò fuero tamen*
*In his uolens nolens, tribuli homini licet,*
*Nequaquam amicus. at patriæ haud, dum uixero*
*Ero dedecori. quin euoco ipſum Stepſiadem.*
*St. Quis autem hic eſt? Cred. quis autem?* [d] *in ultimam, &*
*Str. Atteſtor, ob id, quod in duos dixit dies.* (*nouam.*
*Cuius rei ergô? ob quam pecuniam? Cre. ob minas,*
*Inquam duodecim minas*
*Quas mutuo, cùm emeres equum celerrimum,*
[e] *Variumq́; eundem, acceperis.*
*Str. Equum? nihil auditis, ſtudium quem omnes quidem*

a. Cacodæ. facete craſſus ſenex orationem auertit ad fæneratores, quos ridicule præ ſe rudes, & fatuos nunc iudicat, cũ ſeucros filij ĩduſtria promittat.

b. Numer. homines nullius frugi, nauci, vt Hora. dixit, Nos numeri ſumus.

c. Deinde ho. Prodit creditor Strepſiadis Paſias, ſecum adducẽs teſtem.

d. In vltim. ſubaudi voco Strepſiadem.

e. Varium. quidam fuluum interpretantur.

Odiſſe equitandi noſtis olim peſſimè?
Cre. Et per Iouem, te perſoluturum mihi
Tum deierabas, debitum, tù omneis deos.
Str. Non per Iouem Phidippides tum didicerat
Orationem inuincibilem, neque nouerat.
Cre. Ergo negare cogitas ob id mihi?
Str. Ad quæ alia doctrina fruerer tandem illius?
Cre. Et deierare iſthæc uoles etiam mihi?
Vbi per deos, ego iuſſero te? Str. quales deos?
Ecquos deos? Cre. ipſum Iouem, Neptunum item
Et Mercurium. Str. næ per Iouem, [a] triobolum
Vel addidero, ut iurem deos.
Cre. Malè diſpereas cum hac tua inpudentia
Str. [b] Acri ſale perlutus adiuuabitur hic homo.
Cre. Hei mihi, etiam irrides. Str. capiet ſex [c] congios
Cre. Non per Iouem illum maximum, atque omneis deos
Impune ridebis me. Str. ego ſupra omnem modum
Lætor [d] dijs. at Iuppiter ſcientibus
Iuratus eſt ridiculus. Cre. hoc næ tempore
Pœnas profectò ob hæc dabis. quin me face
Miſſum, ac ſimul reſponde, utrum pecuniam
Reddes mihi, an non. Str. at tace. namq; ego ſtatim
Tibi perſpicuè reſpondero.
Cre. Quid tibi uidetur eſſe facturus? Teſ. tibi ut
Soluat pecuniam, uidetur ſcilicet.
Str. Vbi ille nunc eſt, qui pecuniam improbè à
Me poſtulat? [e] dic hoc quid eſt? Cre. illud quid eſt?
Quid? [f] cardopus. Str. tun poſtulas pecuniam
Talis? nihil reddo, ne obolum ulli unquam quidem,
Qui cardopum uocet malè, cardopen. Cre. proin
Reddes nihil? Str. non quod equidem ſciam, fugin'
Hinc ocyus à foribus? Cre. abeo, quin, ne iſtius
Sis neſcius, niſi depoſuero ſportulas,
Diſpeream. Str. [g] eas poteris ſimul ad duodecim

a. Triobolum. quaſi dicat, vſq; adeo parui duco iuſiurandum. Namque, vt hic aiunt, nulli ſunt dij. Triobolus, hoc eſt, tres oboli, merces erant iudicis.

b. Acri ſale. in eos dicebatur, qui vel ætate, vel vino deſſperent.

c. Congius. mẽſura ſex ſextarios continet, ſiue heminas duodecim. Sextarius. xij. cyathos. Ita congius continet fere tres amphoras vvitteber: irridet rurſum, tanquam de amphora, & vino.

d. Dijs. ridens hoc dicit, & cachinnatur audita appellatione Iouis.

e. Dic hoc. ingreſſus domũ rurſum prodit Strepſiades, efferens ſecum, neſcio. quid.

f Cardo. arca panaria. Cardopum dixit daniſta genere maſcul. vſitate. cum ſenex ex Socrate didiciſſet fœminino gene. cardopen dicendũ eſſe. Quamobrem, vt ineruditum, & indoctum eum refutat.

g. Eas. ſportulas. ad duodecim minas. ſignificat eas item perituras, vna cum minis.

Abijcere

*Abijcere.ſed nolo hoc equidem te admittere,*
*Stultè, & quod in eptè dixeris hanc, cardopum.*
*Alter cre. Ehei mi mi. Str. ſine.*
*Quis iſte tandem eſt, qui eiulat hic? nunquid prope*
*Me dæmonum quis* [a] *Carcini ſonuit? Cre. ego*
*Quisnam ſiem, cur expetitis cognoſcere?*
*Miſerrimus uir. Str. uerte nunc in te. Cre. male, &*
[c] *O dure dæmon, & grauis.*
*Et ò, rotas, quæ infringitis, ſortes uariæ*
*Meorum equorum. & ò Pallas, ut me euerteris.*
*Str. Quid, Tlepolemus damno, & malo te perdidit?*
*Cre. Conuitiari amice parce. at filium*
*Iube mihi, quam acceperat pecuniam,*
*Soluere, qui altoqui nunc agam infœliciter.*
*St. Quas tu, malùm, narras pecunias? Cre. quas mutuo, is*
*Acceperit. Str. uerè malè habes, uti mihi*
*Videre. Cre. nam dum equos fatigo, per deos,*
*Sum elapſus. Str. hæc cur blatteras.* [b] *aſino uelut*
*Delapſus? Cre. egon' blattero? pecuniam*
*Si recipere meam poſtulem? Str. non ſanus es.*
*Cre. Qui ſic? Str. cerebrum tibi uidetur concitum.*
*Cre. At tu uocaberis ſtatim, pecuniam*
*Mihi niſi ſoluas ac libens, in ius quidem,*
*Per Mercurium. Str, nunc dic mihi.*
*Vtrum putas ſemper Iouem recentem aquam*
*Pluere, an eandem trahere ſolem rurſum aquam*
*Deorſum? Cre. id haud liquet mihi*
*Vtrum, nec admodum mihi curæ illud eſt.*
*Str. Qua igitur ratione recuperare iuſta eam*
*Audes pecuniam, nihil ſublimium*
*Si calleas rerum? Cre. interim ſi tu indiges*
*Pecunia, uſuram mihi perſoluito.*
*Str. Vſura? quæ eſt hæc beſtia? Cre. quæ alia, quàm indies*
*Fluente tempore magis atque magis tibi*

a. Carcini. Præter expectationē hoc dixit. pro liberorũ Carcini, quod tragice exclamaſſet, ehei. Carcini liberi erãt, xenocles, xenotimos, & Demotimus, ac choreutæ omnes. Alij aiũt, Carcinum hunc fuiſſe tragicum qui in quadam tragædia induxerit quoſdam deos grauiter affectos.

b. Ab aſino. parœmia in eũ, qui inconſulte quidpiam agit. aut in eum, qui a præſent. commodis, quibus per inſcitiam vti neſcit, excidit. ἀπὸ ὄνου *tanquam*, ἀπὸ νοῦ, finitima & faceta alluſione.

c. O dure dæmon. Verba Tlepolemi ſunt apud Xenoclē, quare etiam intulit, quis Tlepolemus. Et quia Xenocles Carcini meminit verba ex eiuſdem tragœdia inſerit: o dure dæmon, quia creditor initio exclamarat Ehei mi mi.

*Pecuniam ad menſesq; ſemper creſcere.*
*Str. Iſthuc probè tu prædicas. quid? an mare*
*Nunc arbitraris eſſe maius, quam prius?*
*Cre. Non per Iouem, at æquale: haud enim eſſe conuenit*
*Maius. Str. próinde tu influentibus omnibus*
*Cum hoc maius infœlix nihilo fiat, tuam*
*Tu grandiorem poſtulas pecuniam*
*Reddere. domo ten ocyus hinc aufers mea?*
*Cedo mihi ſtimulum. Teſt. huius autem ſum rei*
*Teſtis. Str. fuge hinc ocyſsimè.*

a. Sampho. quidam hoc Strepſiadis, nõnulli teſtis ſiue atteſtati eſſe contendunt, ut cũ equo colloquatur. Nam creditorem equo inſidentem fingit.

b. Sirapho. interpres equum eſſe dicit extra iugum euntem. Alij, κγεμου ὄικυ, aut qui dextram iugi claudit. quaſi σειραῖοσ. *hoc eſt dex*ter equus, cum luderetur in Theatro.

*Quid hic morare? non agis hinc Samphoras?*
*Cre. Non iſta contumelia eſt? Str. ages? ego*
*In te inſiliam Siraphoron, & ſub podice*
*Calcaribus extimulabo. quid? fugin' ?te ego*
*Cum ipſis rotis bigisq; moturus tuis*
*Eram hinc.*

¶ Verſio verſuum xviij.

*Cho. Acerbum, & iniucundum amare eſt res*
*Prauas. ſenex enim iſte*
*Cupiditate percitus*
*Spoliare eum pecunia,*
*Quam mutuo is acceperit,*
*Molitur, & non eſt hodie, cur is*
*Accipiat. occœpit*
*Quid negoti, quod molitur*

c. Cauillat. ſophiſtæ philoſopho, filio aut ſeni.

*Huic cauillatori, pro aſtu*
*Is de improuiſo mali quid feret.*
*Credo inuenturum iam mox quid,*
*Quod quæſiit dudum, ut*
*Ei ipſe formidabilis*
*Foret aliquando filius.*
*Sententias contrarias*
*Dicere iuſtis. ut, quibus cum res eſſet,*
*Vinceret uerſutè omneis,*

Diceret

Diceret quamuis praua.
Fortaßis fortaßis uolet
Eum eſſe mutum prorſus.

Syſtema per circuncißionem.

Str. Ehei ehei
Obſecro populares, nosq; propinqui, & ò
Vicini adeſte, ſubuenite omni mihi
Studio uapulanti. me miſerum. heu genam, & caput.
O ſcelus, etiam tu uerberas tuum patrem?
Phi. Quid ni pater? Str. en habetis ipſum, quod patrem
Me uerberet, ultro confitentem. Phi. maximè.
Str. Sceleſte, parricida, fur, etiam trifur.
Phi. Eadem ipſa rurſus, bisq; plura dicito.
Et deteriora mihi, audiendo peßima
Me queq; delectarier noſti mala. Str. ò
Cynæde. Phi. roſis conſperge multis. Str. tun' patrem
Cædis? Phi. docebo per Iouem, quod iure te
Ceciderim. Str. impurißime, quî fieri poteſt,
Vt iure patrem uerberes? Phi. oſtendero, &
Superabo te dicendo. Str. an hoc tu obtinueris?
Phi. Et multo equidem facillimè. nunc delige,
Me utram uelis orationum dicere.
Str. Ecqualiumnam orationum. Phi. utram, bonam
Illam, an malam? Str. miſerum. docui te per Iouem
Stultè bonis iuſtisq; contradicere.
An iſta dicendo mihi probabilia tu
Reddes? honeſtum, & eſſe iuſtum cædier
A liberis patrem? Phi. iſtud opinor ego tibi
Probabo, ita ut tu ipſe audiens habeas nihil,
Mutire quod contra queas. Str. atqui uolo
Audire, quod dicturus es.

Verſio. viij. verſuum.

Cho. Curare tuum nunc ſedulo eſt, quanam ò ſenex
Vincas ratione hunc

*Virum.[a] & niſi quo perſuaſus eßet, non foret*
*Tam hic improbus: uerum eſt*
*Quo tam inſolens animatur. eſt perſpicua*
*Peruerſa uiri ſat*
*Fiducia. ſed nunc ad chorum oportet dicere,*
*Pugna unde primum cœpit exoririer.*
*Faciendum id omnino eſt tibi.*
*Str. Primum unde cœpimus maledictis inuicē lacerare,*
*Iam proloquar. cùm (ſicuti noſtis) conuiuium traheremus.*
*Primum omnium iußi lyra accepta Simonidæ illud*
*Carmen canere,[a] Arietem: ut fuit tonſus. uetus ſtatim ille*
*Ait eſſe cantare cithara admodum, canere & bibentem,*
*Molentem ut hordea fœminam.*
*Phi. Non ergo conueniebat illicò tè uapulare, pariter*
*Calcarierq́; qui iubeas me epulantem, uti cicadas*
*Canere? Str. & quidem tunc talia loquebatur intus ipſe,*
*Cuiuſmodi nunc: & Simonidem malum poëtam*
*Dicebat eſſe. primum ego uix, ſed continui tamen me.*
*Sub hæc eum iußi AEſchyli [b] ad myrtū mihi dicere quiddam.*
*Ibi ille ait illicò: ego AEſchylum primum arbitror*
*Poëtas inter, ſtrepitu plenum, ſibi ſtantem parum, aſperum atque*
*Ipſum undiq; ampulloſum. ibi quonam modo putas cor*
*Meum mihi immugiſſe? ſed tamen impetum uehementem*
*Præmordi animi. quin inquam aliquid horum recentiorum*
*Ediſſeras: ſunt erudita hæc. ille dictionem*
*Ex Euripide quandam ſtatim cecinit. ut ipſe [d] frater*
*(Ehew malūm [c] auerſor deus) ex parente eadem, ſororem*
*Vitiarit. ego autem non diutius poteram tolerare,*
*Quin mox eum multis malis, & turpibus exagitarem*
*Conuitijs. ibi (ut apparet) utrinq; uerba multa*

a. Arietem. Simonidæ carmē huiuſmodi erat. ἐπέξαθ᾽ ὁ κριὸσ. etc. id eſt, attonſus fuit aries.

b. Ad myrtum canere prouerbio iubebatur imperitus, infacunduſq;, qui non poſſet apud eruditos loqui. Ipſe poeta originem prouerbij propemodum indicat, cum in conuiuio ſinguli ſuam cantionē canerent. Si quis recuſaſſet vel lyram, vel citharam, vt muſices ignarus, is ad ramum myrteum. vel aureum voce cantillare cogebatur. Probro id dabatur.

c. Auerſor. ἀλεξίκακοσ epithetū Herculis eſt.

d. Frater. Citatur ab interprete Ariſtoph. AEolus tragœdia Euripidis in qua inducitur Macareus AEoli filius, vitiū ſtupri Canache ſorori offerens. Quoniam autē apud Athenienſes lege licitum erat ſororem ex patre ducere, per auxeſim ὁμομητρίαν dixit, ſororem ex eadem matre.

Acerba.commutauimus,ſimul impetum inſiliet hic
In me ſub hæc me contudit pugnis,cecidit,adde
Et præfocauit,atq; potriuit. Phi. merito quidem, qui
Euripidem doctiſsimum non buccines uehás que.
Str. Doctiſsimum? ò quid tibi dicam. ſed heu miſerũ me
Vapulabo rurſus. Phi. per Iouem,haud iniuria quidẽ tu
St. Et quomodo iure impudẽs? qui te in ſinu educauerim?
Balbutientem te omnia quæ uelles aduertens.
Si bryn quidem tu diceres,ego ſentiens quid eſſet,
Tibi bibendum illico dedi.[a] mamman tibi petenti
Aderam ſtatim panem ferens, nec dũ exprimere,cacare
Noras, medium arreptum foras ferebam illic tenellum.
Te duxq; præcedebam. at hic nunc ſtrangulas patrẽ me,
Et uociferantem,& clarius
Clamantem,eo,quod ò ſcelus
Cacaturirem,nec foras
Efferre me committeres,ſed præfocatus hic iam
Feci cacan ægerrimè.

Antiſtrophe.carminum.viii.

Cho.Vereor iuuenum,ne corda modo ſaliant,ob id
Quodcunq; nunc dicet.
Si effecerit hic,uti loquendo ſuauiter
Perſuadeat dexter,
Pellem ſeniorum habere,quam [b] cicernam ego
Malim,at iam age tu,qui res nouas moliris,&
Moues,tui eſt negotij inuenire nunc,quo
Perſuadeas quiddam,ut uidearis æqua mihi profari.
Ph. Vt eſt uolupe ciuilibus,uerſarier,nouiſq;
In rebus,& leges ſtatutas poſſe facere flocci.
Ego autem equitandi quàm diu ſoli ſtudio applicabam
Animũ,tria ne quidem poteram uerba eloqui diſertè,
Quin laberer fœdiſsimè.nunc poſtquam [d] hic ipſe finem
Impoſuit,& me liberauit omnibus his,minutis

Ridiculum argumentũ

Mamman,μαμμᾶν vox puerorũ loquentiũ, nihil ſignans.

κακκᾶν-cacare infiniti.græcæ.

Antiſtrophe.ſacra fuit ſaltatio,qua modo in dextrã,modo in ſiniſtrã choros,reuocarent.

Cicer.hoc eſt, ita corrũperur verberibus, vt pntenus nos eos,habere pellem cicere tenuiorẽ,

Stulta iuuenis iactantia & inepta.

Hic ipſe,contemptim patrem dicit.

Sententijs,ſubtilibusq; argutijs inhærens,
Curisq; conſueſco,docebo(ut opinor)eſſe patrem
Punire ius æquiſsimum.
Str. Quin tu potius poſthac equitato per Iouē:mihi nā eſt
Equum quadrigam alere tibi,quàm me patrē inclemēter
Cædi,& uapulantem proteri,
Phi.Illuc redeo.unde orationem modo meam abſcidiſti.
Illudq; rogabo te omnium primum,puerum nonne olim
Me uerberabas?Str.admodum,bene conſulens tuæ ſaluti.
Curamq; tui gerens.Phi.igitur dic hoc mihi,num ſaluti
Tuæ uiciſsim conſulere æquum ſit,pari & ratione
Te uerberare fas?quoniam optima conſulere eſt cædere? proin
Qui conuenit à uerberibus hoc corpus tuum fore tutum
Semper,meum contra minimè?atqui natus & ego liber
Sum,lachrymāt pueri,patrem tu exiſtimas lachrymare nunquam
Debere?Str.quid ita autem,dic ò bone.
Phi.Puerorum at id dices uideri?aduertito,uiciſsim
Ego tibi reſpondero hoc,quod [a] bis pueri ſenes ſint.

a.Bis pueri.vna ex iſcriptionib.ſatyrarũ Varr. eſt.quadrat in eos,qui cum prouectiore ſint ætate,puerilibus tamen ſtudijs delectantur,& quidē intempeſtiuiter, atq; indecore.vel in eos qui ętatis vitio deſipiũt.

Cur flere decet tanto ſenes,quàm ipſos iuuenes magis.
AEquum eſt minus ipſos turpiter delinquere. (quo
Str.At legibus non approbatn m uſquam eſt,patrem pa- ti ipſum hoc
Debere.Phi. ſed qui ſanxit iſtam legem,is haud fuit uir
Vt tu,atq; ego primū?& ueteribus perſuaſit in ſerendo?
Qui ergo minus licet mi hi legem nouam deinceps
Sancire l iberis,pat res reuerberare?ne quid
Dicam,quot interim,priuſquam lata lex foret,nos
Verbera tulimus:damusq; dotem ipſis,quod inclementer ad hæc
Cæſi ſumus.conſidera gallos , reliquaq; bruta
Vt grauiter ul ciſcuntur & ſuos patres:ad hæc,ſcis,

Quod

Quod differant planè nihil à nobis, niſi quod ſeuera
Decreta non ſcribant. Str. quid ergo (quandoquidem per omnia
Gallos imitaris) ſtercore nonueſceris? & incubas in
Ligno? Phi. haud idem ò bone uir, neq; Socrati quidem erudito
Iſtud uideretur. Str. ſed ad iſta haud uerbera, reum ne
Te aliquando agas ipſum. Phi. quaſi qui? Str. nam in te cum ego iure ſummo
Paterno animaduerto, uiciſsim tu, fuerit tibi ſi,
In filium. Phi. quid ſi mihi nullus fuerit? mihi ille fruſtra
Deſlebitur. ſed tu moriere mox hians.
Str. O mihi uiri æquales, uidetur iuſta proloqui iſte,
Mihiq; item uidetur his concedere æqua: nam par
Eſt, noſq; decet flere, iuſta ni exequamur ſemper.
Phi. Nunc alteram ſententiam uide inſuper. Str. peribo.
Phi. Atqui minus forſan dolebis, ſi patiare, quæ nunc
Perpeſsus es. Str. quidum? doce, ex his quid mihi boni ſis
Daturus. Phi. ut te, ita matrem etiam cadam. Str. quid ais tu amabò?
Hoc alterũ multo malum
Rurſum eſt grauius profectò.
Phi. Quid ſi perorando tenens
Hanc inferiorem formulam
Orationis ſtrenuè
Te uicero? decorum opus
Matrem eſſe noſtram cædere?
Str. Quid autem aliud ſi hoc feceris?
Nemo probibebit, quo minus
Et teipſum, & ipſum Socratem,
Cum oratione hac inferiore, quod potes,
Des præcipitem quàm ocyſsimè
Altum in barathrum.
Hæc accidunt mihi, ò Nebulæ, per uos mea

Auerſio pathetica ad Nebulas.

*Permitto uobis cuncta dum negotia*
*Cho. At tu tibi ipſe horum malorum es caußa, qui*
*Te uerteris ipſum ad res malas, & improbas.*
*Str, Cur igitur iſta tunc mihi non candidè*
*Denuntiaſtis, ſed uirum me ruſticum*
*ſenemq́; perpuliſtis huc miſerrimum?*
*Cho. Iſthæc facimus ſemperq́;, & aßiduo, uirum*
*Cum perditè rerum ſtudioſum turpium*
*Aduertimus, dum præcipitemus eum in malum*
*Exitium, ut adſueſcat deos uererier.*
*Str. Heu me miſerum, praua iſta quidem ſunt, & ſcelus.*
*Tamen ò Nebulæ, iuſta. haud ſpoliarier*
*Par eſt ea pecunia me fœnori*
*Quam acceperim, nunc gnate mi charißime*
*Accingere mecum, ut Chærephontem, & Socratem*
*Iſtum ſceleſtum proteras miſerrimè,*
*Qui meq́; teq́; turpiter deceperint.*
*Phi. Non herclè leſero meos iniuria*
*Vnquam magiſtros. Str. næ profecto ipſum Iouem*
*Patrium uereris. Phi. ecce Iouem autem patrium.*
*Vt obſoletus es: quis autem eſt Iuppiter?*
*Str. Eſt. Phi. ipſe non eſt.*[a] *namq; Turbo ille imperat,*
*Qui ui Iouem expulit. Str. mini mè uerò expulit.*
*Verum id putabam tunc, ob iſtum*[b] *Turbinem,*
*Hei mihi miſero, cùm & te deum*[c] *ollarem miſer*
*Exiſtimarem. Phi. ibi deſipe, & nugas age*
*Tibi. Str. ſtultitiam, ut inſaniebam cùm deos*
*Ob Socratem iſtum*[d] *exploderem. ſed*[e] *Mercuri*
*Chare obſecrò, deinceps mihi ne ſucccenſeas,*
*Neu me malè diſperdas: at ignoſcas libens.*
*Loquacitati futili, ſanus parum*
*Qui tum fuerim: mihi conſulas rectè uelim:*
*Seu pòſtulo libellis reos de crimine:*
*Seu quod fuerit tibi cunq; ali ud uiſum. bene*

a. Refutat patrem ipſius verbis. qui paulo aate negarat fuiſſe Iouem.

b. Turbinē, δῖνον. qua ſi Dinus ſtatua fuerit in ſchola Socratica.

c. Ollarem. Teſtaceæ illi machinæ rotundæ. quæ in phrontiſterio erat, ad allæ ſimilitudinem, nomen finxit. Prouerbiū in hominem humilem, Ollaris deus.

d. Exploderem. in Socratis calumniā hoc dicit, qui dæmonia omnia reiecit.

e. Mercuri. ita fures Mercurium orare ſolēt, quoties depræhenſi puniebantur, vt ipſis auxilio eſſet.

*Sed me*

Sed me mones, qui non temerè cauſas ſinas
Conſarcinare me, uel illum quærere
Ex iudicijs compendium, quin hanc domum
[a] Loquacium futiliter, age. iam ocyßimè
Vaſtemus unà incendio.
Huc [b] Xanthia huc, ſcalam admoue raptam ocyus.
Exito, tecum ex ædibus efferens grauem, &
Fidam bidentem: atq; inde ludum aſcendito,
Donec domum ipſam ſuper eos deieceris.
Euerte tectum, ſi quid ames herum tuum
Accenſam aliquis mihi porrigat heus huc huc facem,
Faxo iſti aliquam pœnam mihi dent, ſint licet
Supra modum præturgidi, & feroculi.
Diſc. Eheu, eheu.
Str. Heus fax, tui eſt negotij diffundere
Multum ignis, & flammæ. Diſc. quid agis tu homo? Str. quid agam?
Quid enim aliud, quàm quod minutis diſputo
De rebus? & tenuibus? & quidem domus
His cum trabibus. Diſc. hei mihi. quis hanc noſtrã domũ
Populatur igne? Str. Ille ipſe, cuius pallium
Tuliſtis hic nuperrimè. Diſc perdis malè,
Perdis. Str. Volo iſthuc ſcilicet ipſum, niſi bidens
Fallat grauis me, ſpeſq; meas: aut ego prius
Lapſus deorſum excoller infœliciter.
Socr. Heus tu, quid hic rerum geris, tu qui hæſitas
In tecto? Str. egon? [c] ſcando per aerem uagus,
Scrutorq; ſolem. Socr. me miſerum, iam nunc miſer
Ego præfocabor. Str. cur igitur eſtis in ſuperos
Vos impij in deos? Chæ. & ego infœlix miſer
Comburor. Str. & lunæ uagæ ſedem, ſimul
Notumq; ſpeculabamini. perſequere, item
Iaculare, cæde, ob plurimas cauſſas malas,

a. Loquac. ſcholã Socratis indicat.

b. Xanthia, nomen famuli.

Comburit ſcholam Socratis ſenex.

c. Scãdo. id initio Socrates ſeni reſponderat rogatus. ἀεροβατῶ de naturalium rerum inquiſitione.

*Sed maximè, quod impietate deos ſciens*
*Affecerim.*
*Cho. Foras præite iam ſatis ductæ choreæ, modeſtè à*
*Nobis hodiè.*

*Finis Nebularum Ariſtophanis.*

*¶ Permiſſum atq; conceſſum eſt Harmanno Borculo typographo Regiæ Maieſtatis priuilegio, Comœdiā hāc Ariſtophanis Nebulas ſuis typis excudere, atq; nemo auſit aut curet eadem alibi excudere, aut excuſſas diſtrahere ad certos annos: uti patebit in literis ſibi conceſſis, &c.* *Datum Bruxellæ,*

*Subſig. Phil. de Lens.*

Errata in Nebulis.

In litera B. facie 2. in annota. lege arbitrio pro arbitrario.
facie. 3. callippiden pro callipiden numero. 12
Ibidē numero. 25. pro renoue lege renone, ſic & ī annota. lege,
facie. 6. numero. 4. lege liquabat
facie. 8. in annotationibus pro tetris lege terris
In littera C facie. 1. in annota. nūero. 12. deme, tum
facie. 5. nūero. 25. deme, (per
Ibidem numero. 27. deme, vias
facie. 7. nūero. 13 pro Simulanrem lege Simul autem
facie. 8. numero. 1. pro En lege Et
In littera D. facie. 4 numero. 13. lege introducta
In littera E. facie. 2. numero. 10. lege Neptunium
facie. 6. numero, 20. lege Alectryænam
facie. 7. numero. 23. lege abeo
In littera F. facie. 5. numero. 14. lege Hercule
facie. 8. in annota. in b. lege iudicum
In litera G. facie. 8. in annotationi. pro ζ pone ξ in duobus locis

# ARISTO
# PHANIS COMI
CI CLARISSIMI GRAE

[illegible]



[illegible]